


piu

34

1923
L



VIRI ILLUMINATISSIMI
S. P. PETRI

ALCANTARÆ
ORDINIS DISCALCEATORUM
S. FRANCISCI
LIBELLUS AUREUS

DE
MEDITATIONE
ET
ORATIONE

*Ab ipso primum Hispanice conscriptus,
nunc verò*

à F. ANTONIO DULCKEN,
*Cartusiæ Coloniensis Alumno,
Latine redditus.*

ACCREDIT AUTHORIS VITA
EX B. THEKESIÆ VIRGINIS
operibus desumpta.



COLONIÆ AGRIPPINÆ,
Sump. JOANNIS JACOBI HORST
M. DCC. LXI.

Cum Permissu Superiorum & Privilegio.

1711/128

ИМЕНИАНИЯ
САНКТ-ПЕТЕРБУРГА
АГИАДА

ORDINIS DISCELIATIONIS
FRANCICORUM

LIBELUS PATERIS

ЛЮБОТЫ О ДІДА
ТА
ВНОІТАЯ



А. Ф. АНТОНОВІЧ
САМІІ ГЕОРГІЙ АНДІІ

УСЕДІЛІ АНТОНІС
САНКТ-ПЕТЕРБУРГІС

1712

ГОДІВІЯ ОРДИ

САНКТ-ПЕТЕРБУРГІС

1712

1412

FACULTAS A. R. P. PROVINCIALIS
ET

PRIVILEGIUM CÆSAREUM.

Ego Fr. BALTHASAR CLOTTEN Ss. Theol.
Lector jubilatus, ac Almae Provinciae
Colonensis Fratrum Minorum Recol-
lectorum Minister Provincialis. Hisce facul-
tatem concedo, ut Libellus, cui titulus:
Libellus aureus de meditatione & oratione Auth.
S. P. PETRO DE ALCANTARA nostri Ordinis
Sacerdote compositus iterato prælo dari pos-
sit. Cumque S. Cæsareæ Majestatis Privile-
gio caustum sit omnibus & singulis Typogra-
phis & Bibliopolis, ne libros a nostri Ordi-
nis patribus editos imprimant vel recudant,
absque assensu & facultate dictorum Patrum
sub gravissimâ mulctâ. Hinc JOANNI JA-
COBO HORST Bibliopolæ Colonensi faculta-
tem impertior dicto Privilegio utendi in im-
pressione præfati libelli. In quorum fidem
has manu meâ subscriptas & Officii mei Si-
gillo in unitas dedi in Conventu nostro Bru-
lensi S. MARIAE de ANGELIS die 23. Julii
Anno 1761.

(L.S.)

Fr. BALTHASAR CLOTTEN
qui suprà mpp.

AP.

APPROBATIO.

Libellus hic de Oratione & Meditatione
à R. P. F. PETRO ALCANTARA, Hispani-
cè primum concinnatus, & nunc à
R. P. ANTONIO DULCKEN Cartusiano in La-
tinam linguam translatus, lucique restitutus,
nihil nisi sinceram doctrinam spiritualem spi-
rans, non potest non esse utilis omnibus ad
perfectionem tendentibus.

F. GISEBERTUS SPECHTIUS,
SS. Theologiae Doctor, hæ-
reticæ pravitatis Inquisitor,
& Ordinarius Librorum Cen-
sor apud Prædicatores.

PRÆ-

ଶ୍ରୀମଦ୍ଭଗବତ୍ ପ୍ରକାଶିତ ପରିଚୟ ଓ ପରିଚୟରାଜ୍ୟ ପରିଚୟ

PRÆFATIO

AD BENEVOLUM, DEVOTUMQUE LECTOREM.

Cum finis Meditationis, Orationisque eò solum & unicè tendere debeat, qualiter ad timorem, & amorem Dei, Sanctorumque ipsius custodiam mandatorum, ad odium Detestationemque peccatorum, ad emendationem vitæ, ad reconciliationem, unionemque cum Deo suscitetur Animus, & accendatur; necessarium est vel maximè, ut meditans summa cum diligentia talem sibi exquirere studeat materiam, quæ ipsum ad finem præfatum perducens, alliciensque aptas ad generandum illos tales effectus: quibus licet Exercitationes S. Petri

de Alcantarā plenæ sint, tamen ex Regio Prophetā Davide locum etiam pro exemplo apponere, & explicare volui, est autem hic: Psal. 76. *Cogitavi dies anticos, & annos aeternos in mente habui: & meditatus sum nocte cum corde meo. Et exercitabar, & scopebam spiritum meum. Nunquid in aeternum projiciet Deus? aut non apponet, ut complacitior sit adhuc? Aut in finem misericordiam suam abscondet a generatione ad generationem? Aut obliviscetur misereri Deus? Aut continebit in ira sua misericordias suas? Et dixi: nunc cœpi: Hac mutatio Dexteræ Excelsi.*

Nos sententiam hanc pro meditationis nostræ accipiemus materia, & eandem ritè pensantes optatum centrum attingemus, hoc est: Deum time, Deum amare, peccatum detestari, vita nō nostram emendare, nōsque cum Deo unicè incipie-

piemus; ut autem experiamur istud,
nos Deum nobis præsentem sistentes
Verbum quodlibet profundè ac se-
dulò penetremus.

I. *Cogitavi Dies antiquos.* Dic, Amabò: qui sunt dies isti? Considera, quòd præprimis juxta opinionem doctissimi Patris Nicolai Lyrani in Psal. 76, Isti sint Dies Creationis Mundi, dum homo ad imaginem & similitudinem Dei creatus cunctis Creaturis in Dominum præpositus, in Paradisum terrestrem plantatus, cœlestium ac æternorum bonorum Hæres collocatus, & ordinatus est. Nunc ergo, ex hâc Tui creatione si præfatum scopum, atque effectus per tuam cupis acquirere meditationem, id est: si discere cupis, Deum ex toto cordis affectu diligere, peccatum detestari, Te cum Deo reconciliare ac utire; Cogita imò: qualiter Te ex nihilo creave-

rit secundùm imaginem & similitudinem suam. 2dò. Perpende, quām turpiter per peccatum hanc Dei imaginem defœdāris, qualiter illam nequissimis vitæ tuæ malè transactæ fœdibus maculāris, quām fœdē egerris, qualem illius loco similitudinem assumpseris, quomodo jumentis insipientibus similis planè factus sis, quomodo impletum in Te sit illud Ps. 48. *Homo, cùm in honore esset, non intellexit, comparatus est jumentis insipientibus, & similis factus est illis.* 3tiò. Expēnde jacturam illam ineffabilem, quam propterea es passus, nempe quòd hæreditate tuâ privatus, & æterno igni adjudicatus sis. Quid, Amice Lector! quid, quæso, Te, vel Me ad timorem Dei, & odium peccatorum magis, fortiusque inquitabit? Tu imaginem Dei in te totaliter eradicasti ferè, & devisti, reus es coram Divina Maje-

state

state, æternam meritus es damnationem, privatus hæreditate cœlesti: ignitis telis suis tendit in te iustus Judex, terra diutiùs tè sustinere recusat, infernus os suum & palatum aperuit ad devorandum te vivum unà cum corpore & animâ simul. Quis tibi ad hæc animus? nondum exhorrescis? dum tibi times? nondum sentis horrorem & odium contra peccata tua? an saxo insensibili durior es? an sensibus, animoque destitutus es? vñx duritiei tuæ! vñx tuæ vesaniæ!

2. *Cogitavi Dies antiquos.* Considera 2dò, quòd per hos Dies antiquos Propheta intellexerit Dies pristinos, Dies præteritos vitæ suæ. Quasi diceret: ut eò faciliùs ad veram contritionem & dolorem, ad Dei timorem, odiumque pertingentem peccatorum, præteritam mihi ob oculos posui vitam meam, mente revolvi multitudinem iniquitatum

mearum, quæ supergressæ sunt caput meum: consideravi Superbiæ in numeratione populi mei, Adulterium cum Bethsabeâ, Homicidium in Uriâ, &c. 2. Reg. ii. Hoc modo cogita Dies tuos antiquos, Dies præteritæ vitæ tuæ; hosce Dies qualiter transegeris, expende: vide, num non vixeris, quasi non esset Deus, num non, sicuti pisces aquam, tu peccata biberis: recogita, quomodo Dies isti absque ullo fructu, absque ullo merito, absque omnibonopere præterierint: adverte, dies istos fuisse optimos, fuisse certissimos, dies è contra futuros fore incertos, ac fortè paucissimos. Ex horum consideratione præfatum propè attinges centrum.

3. Et annos æternos in mente habui. Considera hos Annos æternos duplicitis generis; atque ineffabilis esse differentiæ. Benedicti uni, maledi-

Eti alii æterni sunt. Quantum ergo
ad primos annos æternos, cogita,
quid sit, pro momentanea voluptate
in æternos maledictos esse præcipitare annos; sequentia terribili huic
petulanter subjicere fultibi:
*Discedite à me maledicti in ignem
æternum. Expende sedulò, quod
ignis iste nunquam extinguitur,*
quod vermis semper rodens innum
quam moriatur, quod poena sit si-
nè ullo fine. Annon salutarem istam
homini deberent incutere timorem
anno odiūm & abominationem
peccatorum in nobis generare de-
berent? Annon etiam deberent sa-
xa scindere durissimam? Ondurare
plus Pharaone; qui ex horum fecor-
datione non emollitur! Anni æter-
ni alii sunt anni diu desiderati, num-
quam recte penetrati, felicissimi,
ac benedicti anni sunt, æternabona-
sunt, gaudia æterna sunt, quæ in

cor hominis ascenderunt, nunquam.
Hos annos considera: quæ miseris
nobis vermiculis ex mero præparatit
amore Supremus Deus, sedulò per-
pende: testes isti ad virtutem te inci-
tabunt, & Dei amorem.

4. *Meditatus sum nocte cum corde meo:* Tempus nocturnum pro instituendâ meditatione aptissimum est: de nocte enim omnia silent, vanæ gloriæ, & hypocrisis (quæ omnem virtutem vitiat) procul abesse omne periculum. *Cum corde meo.* Benè, optimè, ô Vir Dei: cor enim calciulus est, seu olla distilla-
toria, in qua per ardentes affectus & suspiria in meditatione peccata liquescunt, & ardentis doloris, si-
cur & sinceri erga Deum amoris vir-
tute in preciosas lacrymarum trans-
mutantur undas. Ah! utinam Cor
meum talis foret fusoria fornax! uti-
nam dicere possem cum Regio Pro-
phæ-

pheta : Conculuit cor meum intrâ
me : & in meditatione mea exardescit
ignis. Psal. 38. v. 5.

5. Et exercitabar. Quâ in re exer-
citabatur David, & quâ in re nos
exercitari oportet sub meditatione?
exercitari nos oportet in cognitio-
ne Dei, & Nostrî ipsorum : in cog-
nitione Dei quidem, ut quis cog-
noscat, & sedulò penset aternam
ipsius essentiam, benignitatem im-
mensam, misericordiam, mansue-
tudinem, patientiam &c.; Sui ve-
rō ipsius, ut cognoscat suum nihil-
lum, sua peccata, suos defectus se-
cretos, ut desuper rubore perfunda-
tur, seseque emendet. Hæc reverâ
Seraphici Patris S. Francisci fuerat
exercitatio, in qua per integras sæ-
pè noctes perseverans nil nisi hoc
altâ repetebat voce : quis es tu, Do-
mine! & quis sum ego? ô Deus meus

& omnia. Tu solus Sanctus, Tu solus Dominus, tu solus Altissimus. Quis sum ego? sum nihilum, sum omnem malum, sum maximus peccator, sum vermis, cadaver fœtidum, canis mortuus. Quis sum ego? O, sive è cognoscerem me, odium conciperem contra me: ô mi Deus! si cognoscerem te, utique amarem te.

6. *Et scopebam spiritum meum.* S. Hieronymus legit: *Scopebam*, id est: *Scopis mundabam spiritum meum.* In Epistola vero ad Suniam & Fretellam utitur verbo hortulanis usitato: *purgavi*, inquit, *Spiritu m meum sarculo*, seu rastello. Glossa ordinaria habet: *Ventilabam*. Hoc est dicere: quemadmodum agricultor *vanno frumenta*, sic & ego *ventilabam spiritum meum*: vel: sic ego *pa leas*

leas à frumento vel tritico separavi.
Doctor Ecclesie S. Augustinus ha-
bet: *Scrutabar.* Id est: maximam
in discutiendo Spiritu meo adhibui
diligentiam. Verbo isto persæpè uti-
tur Deus in S. Scriptura, exprimit
que singularem energiam: E. g. apud
Prophetam Sophoniam: *Scrutabor*
Jerusalem in lucernis. Sophon. 2. Lu-
cernâ quis utitur de nocte, vel quan-
do quis summo quid quærit studio.
Per omnes istas explicationes Ss. Pa-
tres volunt denotare, quantam Pro-
pheta diligentiam, quantum stu-
dium, quantumque fervorem in
Spiritûs sui scrutatione, sive ex-
amine sub meditatione sua impende-
rit, & quid nos facere oporteat in
meditationibus nostris: ut primò
scilicet Spiritum nostrum quodam-
modo Scopis, hoc est: cum exami-
ne, seu scrutatione discutiamus,
ventilemus, & mundemus. Ver-
bu-

bulum istud: *Examen*, etiam denotat tantum, quantum lingula in libella numeraria, vel alia bilance. Nonne videmus, quām acutis ad bilancis lingulam intendatur oculis, quām diligenter advertatur, quamnam ad partem hæc inclinetur, quomodo mox trutinæ huicquid dematur, mox alteri addatur; & hoc tam diu, donec trutinæ ambæ pendeat in æquilibrio, & singula jam omnino quieta neque inclinetur ad dexteram, neque ad sinistram. Hoc modo te oportet exercitari, & scopere spiritum tuum in meditatione tua, ac illam imitari mulierem, de qua in S. Evangelio parabolice Christus; quæ mulier, inquit, habens drachmas decem, si perdididerit drachmam unam, nonne accedit lucernam, & evertit domum, & querit diligenter, donec inveniat eam? Luc. 15. V. 8. *Pretiosam perdidisti drach-*

drachmam : impressit tibi Deus
drachmam in igitur suæ: hanc drach-
mam perdidisti per peccatum , fa-
ctus similis jumentis insipientibus.
Quid agis? nonne & te oportet ac-
cendere lucernam , evertere Spiri-
tum tuum , quærere , ad Deum cla-
mare , ut noctis tuæ tenebras illu-
stret , ut gratiæ suæ tibi auxilietur lu-
mine , & drachmam perditam quæ-
rere adjuvet ? Plus utique tibi inter-
est de drachma tua , quam mulieri hu-
ic de drachma sua. Vis scire ulte-
rius , quid agendum tibi in medita-
tionibus tuis ? p. ò ante mentio-
nem feci de statera : oportet , ut te
quodque appendas in statera , &
quorsum lingula ; sive index incli-
netur , diligenter animadvertis ; ne
fortasse tibi contingat , quod Regi
Balthasari , Appensus est , dicit Pro-
pheta Daniel , in statera , & inven-
tus es minus habens . Daniel s. V. 27.
Væ illi , qui in istâ severi judicij sta-

terā inventus fuerit minus habens.
Oportet etiam, ut juxta interpre-
tationem D. Hieronymi Spiritum
tuū purges *Sarculo* more olitorum.
Nostine, qui faciant olitores hor-
tum purgantes? furculam in manu
habentes Zizania circum circa sol-
vunt, cum cauli & herba radicem
unā simul extrahere conantur: re-
manente enim in terris radice pa-
rūm proderit, licet unā cum caulis
abrumptatur & herba: brevi nam-
que temporis intervallo, relicta in
terris radix complures denuò cymas
progerminabit & surculos, ita, ut
hortus nunquam verè myndetur.
Debes ergo olitorum more Spiritus
tui hortum purgare, debes medita-
tionis tuæ furculam, seu sarculum ad
radices Zizaniorum pristinæ vitæ
tuæ, scelerum, ac peccatorum
tuorum, malarum tuarum confue-
tudinum &c ponere, easdem circum

circa cum omnibus earum adhæ-
rentiis solvere, atque únà simul om-
nes, ità, ut ne minutissimæ quidem
superstites maneant, radices, cra-
dicare, explantare, extirpare.

Ulterius oportet etiam, ut fo-
das Spiritum tuum: sic enim S. Hie-
ronymus verbum quoque hoc in-
terpretatus est: *Fodi spiritum meum.*
Videtur D. Hieronymus in explana-
tione verbi hujus oculis, & animo
intendisse ad illum S. Scri-
turæ lo-
cum, ubi Prophetæ Ezechieli ità ac-
clamat Deus: *Elii hominis fode parie-
tem.* Ezech. 8. v. 8. Pro explicatione
loci hujus notandum venit, quòd,
cùm vellet Deus Prophetæ manife-
stare, quām obominanda in do-
mo sua Jerosolymis perpetra-
rentur peccata, Prophetæ Je-
rosolymam in Spiritu correpto man-
davit Templo parietem fodere, ut

ab-
6162

abominationes in eo factas videre posset. Et ingressus, inquit, vidi, & ecce omnis similitudo reptilium & animalium, abominatione, & universa idola domus Israël depicta erant in pariete in circuitu per totum. Fode parietem. Eja nunc, Amande Lector, eja tuæ beatitudinis amator, fode etiam in meditationibus tuis, fode, precor, parietem Spiritus tui, penetra muros densos, quibus circuminctus est Spiritus tuus, cuncta remove obstacula, ingredere te met ipsum, ingredere Templum Dei, quod Tu ipius es, ingredere, & temet ipsum benè contemplare. O mi Deus, & Domine! quas abominationes, quas imagines, quas sordes, quæ idola, quas non invenies hic iniuitates, & peccata? Hic aperi oculos tuos; & considera, quod æquè tot abominandas in interno Templo tuo pingas imagines, quod peccata

cata committis; ita, ut, quam spe-
ciam habent peccata, eandem re-
præsentent imagines. Hic videbis
pendere fortassis imaginem impudi-
cæ Veneris, imaginem superbi Lu-
ciferi, imaginem inebriati Bacchi,
imaginem voracis cujusdam canis,
imaginem sordidi porci, imaginem
invidiosi serpentis, &c. Nunc ergo
internum tuum contemplans Tem-
plum ad Deum exclama: Circumde-
derunt me, vel utinam circumdarent
me dolores mortis, quia torrentes ini-
quitatis conturbaverunt me. Ps. 17.
¶. 5. Iniquitatem aspexi in corde meo,
propterea non exaudies me. Psal. 65.
O mi Deus & Domine! ne projicias
me à facie tuâ! O magne Deus Istraël!
pictura Templi mei conturbat me:
oculos meos ad cœlum levare non
audeo; nunc cerno, quod mille in-
fernos sim meritus: cerno, quod
peccata mea, & justitia tua vindicet
etiam

Etiam clament super me : cerno ,
quòd meruerim in æternam venire
oblivionem coram te, quòd misera-
ricordiam tuam in æternum abscin-
das à me , quòd obliviscaris misera-
tionum tuarum, quòd miserations
tuas in concepto super me furore
tuo amoveas, quòd in abyssum in-
fernī detrudas me : Ità est : hæc ,
& longè plura meritus sum. In his af-
fectionibus aliquantulum morare ,
donec in te sentias veram contritio-
nem , & horrorem peccatorum. Ad
hunc finem procide in faciem tuam,
clama in corde tuo cum servo illo :
ô mi Deus! patientiam habe in me ,
& per veram pœnitentiam omnia
reddam tibi. Matt. 18, V. 26.

Tandem considera, quòd Prophe-
tam impulerit recogitatio dierum
antiquorum , meditatio vitæ suæ
pristinæ, ac consideratio annorum
æternorum ; quales hæc in ipso ex-
ci-

citārit affectiones, perpende: bre-
vibus hoc verbis declarat: *Dixi:*
nunc cœpi. *Dixi id est:* firmiter sta-
tui, aliam deinceps me inchoatu-
turum vitam: optimè: iste enim de-
bet esse scopus; iste solus debet esse
finis meditationis, firmum scilicet
propositum, mala in nobis per con-
siderationes inventa vitare, odisse,
horrere, atque abominari; bonas
ad contrarium, quas ad bonum, &
virtutes, ad Dei, proximique sen-
tientis amorem, in opus redigere in-
spirationes: hoc tam firmiter, quasi
juramento illud confirmassimus,
dieentes, & exequentes cum S. Da-
vide Propheta: *Juravi & statui cu-*
stodire iudicia justitiae tue. Psal. 118.
v. 105. Hoc est: juravi, quod ma-
gis sedulam, magis cautam, magis
continentem, sanctiorēque dein-
ceps velim ducere vitam. Si nunc
tuam ita institueris meditationem,
si in ea multas inspirationes bonas, si

solatium magnum , si incitamentum ad Dei amorem , ad virtutem , si odium senseris peccatorum , hoc non tibi , sed Deo attribuere debes , ac dicere cum s̄æp̄e fato Prophetā : *hæc mutatio dexteræ Excelsi.* Cui laus , honor , & gloria in s̄æcula , Amen.

Quòd jam attinet meditationes S. Petri de Alcantara , vel instructio- nem ejus ad easdem rite instituendas meā non indigent laude : lege eas diligenter , & profectò experieris , verum esse , quod commune fert adagium : *Opus facit artificem.* So- lūm hoc dico , quòd fors neque Tu , neque ego affectuosiores , devotio- res , magis ordinatas , magisque fundatas legerimus unquam. Verbo: in suis hisce instructionibus viam ostendit multis ad vitam contem- plativam : prout Seraphica Virgo & Mater S. Theresia per experientiam edocta est. Tu vale , Dilige Deum , & illi morere.



VITA ILLUMINATISSIMI VIRI,
P. PETRI ALCANTARA,

^{Quam}
THERESIA

*Virgo in eo, quem de suāmet vita
Hispanico sermone conscripsit libello
breviter habet. Eam nos ex eo-
dem libro Latine red-
didimus.*

Singularis exempli viro his diebus
omnipotens DEUS nos spoliavit;
quando P. F. PETRUM Alcantara
magnae perfectionis ex hac vita susti-
lit. Mundus videtur tantam perfe-
ctionem diutius justinere non potuisse.

B. A.

Aiunt quidam, vires corporum han-
manorum hoc tempore imbecilliores
& infirmiores esse, nec tantam modò
in hominibus fortitudinem & sancti-
moniam reperiri, quantam olim: sed
hujus viri exemplum illos convincit,
qui temporibus hisce non minori san-
ctitate ac gratiâ floruit & abundavit;
nec minori mundi contemptu prædicus
fuit, quam sancti superiorum tempo-
rum: quem & nos etiam si non ut ille,
nudis pedibus ambulemus, ne tam
austeram, quam ille, pœnitentiam
agamus, in mundi contemptu sequi
possimus, præsertim cum ad mundum
pedibus subjiciendum, complura me-
dia qua Deus illis qui magno animo præ-
diti sunt, libenter manifestat, sup-
petant. Quem etiam animum S. hi-
sic viro, de quo loquor, contulit, ne
quadraginta septem annis, asper-
rimam, ut iomnes norunt, vitam age-
ret: de quâ pauca, que verissima esse
cer-

tersum habeo, scribam. Fassus est aliquando cuidam, secretorum suorum maxime consciente, cui nihil penè abscondebat: nec non mihi metipsi, propter amorem quo me complectebatur (divine enim voluntatis fuit, ut me diligeret; quo in tempore necessitatum maximarum, in quibus quenadmodum dixi, & dicam postea, existi, metutaretur ac defendere) sequadraginta, ut mihi videtur, annis, non amplius hora una cum dimidia, nec interdiu nec noctu dormivisse: ajebatque. Nullum se majorem, in omnibus pænitentiis suis, laborem & molestiam pertulisse, quam in superando somno: ideoque semper, aut genibus flexis, aut erecto corpore, solidum fuisse manere, Somnum vero sedentem capere consueuisse, capte super brevem asserem reclinato: neque enim etiamsi voluisset, somno jacens, indulgere potuisset: eoque quod cellula ip-

sius, uti omnibus notum est, non amplius quatuor pedibus cum dimidio longa fuerit. Iisdem quadraginta annis nunquam caput texit, quantevis etiam pluviae, quantilibet solis ardores essent: nec unquam ca'ceos in pedibus tulit. Vestitus ejus fuit unica tunica ex vilissimo panno, quo homines infima conditionis uti solent, constans: & tam arcta, ut angustior esse nequirit: nec praeter eam unquam aliquid indumentorum in corpore suo gessit, praeter breve palliolum ejusdem materiei. Et dicere solebat se tempore brumali frigoribus sevientibus deposito palliolo fenestellam & januam cellulae sua aperire consueuisse, ut post ei pallium resumens, ostiumque & fenestellam claudens, corpus ex frigore rigidum, quodammodo recrearet, atque reficeret. Tertio tantum die cibum sumebat, solebatque affirmare, hoc quod aliis tantam admirationem com-

moveret, facillimum esse si quis in con-
suetudinem verteret. Quidam con-
fratrum ipsius mihi certò testatus est,
ipsum integris aliquando octiduis sine
cibo perstans: quod tum sicebat, quan-
do Deum precabatur: ingentes enim
raptus, extases, & violentias divini
amoris in oratione patiebatur, cuius
ipsa testis sum. Paupertas & mor-
tificatio, etiam in adolescente sum-
ma fuit, imotanta, ut mihi secre-
to affirmaverit, se aliquando integra
triennio, in quadam domo ordinis sui
vixisse, nec tamen ullum ex fratribus,
nisi ex loquela cognovisse: eò quod nun-
quam oculos erigeret, aut in aliquem
deflecteret: nec etiam loca necessaria
scivisse, sed adea cum ceteris fratri-
bus se conferre solitum fuisse. Idem
in profectionibus sibi contingere af-
firmabat. Nunquam per plures annos
faminam intuitus fuit: mihique sapè
affirmit, perinde sibi esse, an illas

espiciat, annon: sed valde grandevus fuit, quando ad ipsius notitiam perveni. Sic autem exhaustus & debilitatus erat, ut arborum radicibus similem crederes, nec quicquam in eo præter pellem & ossa superesse diceres. Et tamen in tanta vita sanctimonia mira benignitatis & affabilitatis erat, ut etiam quamvis alioqui parum loqueretur, nemini aliquid interroganti responsum negaret, sed humanissime responderet, sortitus enim erat animam bonam. Plura de laudibus ipsius referrem, nisi timerem quod mihi objiceretis quem in finem hæc scribam: & hæc quæ scripsi non sine metu scripsi. Finem igitur faciam; si unum hoc adfecero mortem utæ ipsius anteactæ simillimam fuisse. Obiit enim humi in genua procumbens, fratresque suos admansens & contestans: cumque animam exhalaret, in hæc Psalmista verba latabundis prorupit. Lætatus sum.

sum in his quæ dicta sunt mihi, in
domum Domini ibimus. Post mo-
tem suam divine voluntati placuit
ut magis ab illo auxilium atque con-
siliū in necessitatibus meis percipere
quam dum viveret. Primo omni-
um, quando mihi apparuit, ait ad
me. O quam fælix & beata est pœ-
nitentia, quæ tale præmium meruit,
& alia multa his similia. Anno in-
tegro antequam moreretur absens mi-
hi visus est, unde intellexi eum mo-
riturum esse, de quo & ipsum certio-
rem reddidi. Quando animam ex-
haluit, mihi obviam factus est, af-
firmavitque se ad requiem pergere,
quod quamvis non crederem, nihil o-
minus quibusdam manifestavi: octi-
duo autem vix dum elapsi, de morte,
aut ut verius dicam de sempiterna ip-
sius vita, nuncius nobis allatus est.
Cum igitur vite ipsius austerior tam
ingenti cum gloria finem acceperit,

videor mihi multo majorem ex morte
quam vita ipsius consolationem sen-
ire. Dominus noster quadam vice
mibi affirmavit, neminem petiturum
quicquam in nomine ipsius, quod non
obtineret. Ego certe id ipsum ex-
perta fui, in multis negotiis, que
cum illi commendissim, optatum exi-
tum acceperunt. Eodem Domino pre-
stante, cui sit laus honor & glo-
ria in secula seculorum.

Amen.





D E
FRUCTIBUS ORATIONIS
ET
MEDITATIONIS.

CAPUT I.

Breviter summatimque hoc capite Orationis ac Meditationis utilitatem aperiemus, ut homines quanto maiores & excellentiores eis fructus inesse perspexerint, tanto promptiori voluntate orationum ac meditationum exercitia assumere ac frequentare contendant.

Certissimum est, malitiam cordis nostri, primariam causam esse, quæ nos à supernæ felicitatis & beatitudinis nostræ adēptione impedit, eo quod ad bonas actiones & virtutum exercitia nos fastidiosos & pigros reddat, magnamque illis difficultatem inesse obmurmuret. Quæ si

non esset, perambularet homo sine ulla molestia virtutum temeram, & tandem sine labore ad finem sibi propositum pertingeret. Hinc est quod dicit Apostolus Rom.

7. Condelector legi Dei secundum interiorum hominem: video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae, & captivantem me in lege peccati.

Hac igitur est praecipua radix & causa omnium malorum & misericordiarum nostrarum, contra quam nihil convenientius & efficacius habemus DEVOTIONE, quæ secundum D. Thomam aliud nihil est, quam promptitudo quædam animi, & facilitas ad bene agendum. Ideoque ab animo nostro, omnem hanc difficultatem & molestiam excludit, nosque ad omnia virtutum opera alacres atque expeditos reddit. Quare non injuria illam nominare possumus: alimentum spirituale: refrigerium & rorem cœlestem, suavem spiritus sancti instinctum & affectionem supernaturalem, quæ ita hominum corda roboret & immutat, ut novum eis gustum ac sensum rerum spiritualium, atque è contrario rerum sensibili fastidium atque tedium inseneret.

Experientia quotidiana hujus rei fidem facit: cernimus enim corda eorum, qui à profunda ac devota oratione surgunt, pulchris deliberationibus, novis gratiis & donis, firmisque propositis de vita rectius instituenda, ac bonis operibus frequenter etiam redundare: desiderio etiam ingenti flagrare, tantæ bonitatis & benignitatis Domino, qualem in oratione Denim esse experti sunt, serviendi, atque illum toto corde diligendi: cupere denique propter eum omnia gravia & molesta qualiacunque tandem illa sint, tolerare, imo & sanguinem profundere. Denique ut in pauca confusatam devotio hæc est balneum locus apicus & lectulus in quo se recreat, & reficit anima.

Quod si quæras, quibus potissimum mediis hæc adeò nobilis & eximia devotionis virtus acquiri possit: respondebo cum eodem Doctore: illani meditatione ac contemplatione rerum divinarum ac celestium comparari. Nam hæ attentiori ac profundiori consideratione in anima pertractatae, generant in voluntate affectionem illam, quam nos hic appellamus de-

votionem, quæ hominem ad omne bonum efficaciter excitat, & exstimulat. Atque hanc ob causam, exercitia Orationis ac Meditationis Viris quibusque sanctissimis valde frequentia & familiaria extiterunt, utpote per quæ facilem sibi Devotionis consecutionem putarent, quæ licet unica tantummodo & simplex virtus sit, nos tamen apertos atque alacres ad omnia cæterarum virtutum officia obeunda facit, & ad illa in opus conferenda calcaribus quibusdam impellit.

Horum testem advoco S. Bonaventuram, in medit. vita Christi c. 73. cuius haec sunt verba. Virtus orationis inestimabilis & efficax est ad omnia proficia impetranda, & nociva removenda. Si vis patier tolerare adversa. Si visitationes & tribulationes superate. Si vis pravas affectiones conculcare, sis homo orationis. Si vis astutias Sathanæ cognoscere, ac ejus fallacias vitare. Si vis latenter vivere, in opere Dei, & laboris & afflictionis viam incedere, sis homo orationis. Si vis in spiritu libertate exercere, & carnis curam non agere in desiderii. Si vis vanas mus-

cas cogitationum effugare. Si vis animam tuam sanctis & bonis cogitationibus, desideriis, fervoribus, & devotionibus impinguare. Si vis cor tuum virili spiritu & constanti proposito in Dei beneplacito stabilitate, sis homo orationis. Denique si vis virtus extirpare & vitiumbus imbui, sis homo orationis. In ea recipitur spiritus sancti unitio, quae de omnibus mentem docet. Item si vis ad contemplationem ascendere, & frui amplexibus sponsi, sis homo orationis. Ad eam namque contemplationem; & cœlestium degustationem, per orationis exercitium devenitur. Vides quam magnæ potentiae & virtutis sit oratio. Ad quorum omnium confirmationem omissis scripturarum probationibus, hoc tibi sit praeficaci probatione, quod audimus & videmus quotidie per experientias, illiteratas personas & simplices predicta & alia plura majora per virtutem orationis fuisse adebras. Hactenus verba S. Bonavent.

Obsecro, nunquid thesaurus aliquis præclarior, aut ager fertilior inveniri aut optari possit? Verum auscultate adhuc alium religione & sanctitate non minus

præstantem Doctorem, qui eadem in ma-
teria sic ait. Oratione anima mundatur
a peccatis: charitate repletur: in fide con-
firmatur: in spiritu roboratur: in spiritu re-
ficitur. Oraji stabilita interiora: cor pa-
cificat: veritatem cognoscit: tentationes
superat: tristitiam pelit: sensus renovat:
virtutem languentem excitat: tepiditatem
fugat: vitiorum rubiginem detexit. In ora-
tione vivæ scincolle desideriorum cœlesti-
um incessanter ab ardorebus divini amoris
carbonibus elevantur: privilegia illius
sunt eximia: prærogativæ insignes. Ora-
tioni cœli res riantur: secreta cœlorum ma-
nifestantur: & aures Dei nunquam clau-
duntur. Plura non adjiciam, etenim quæ
haecenq; dicta sunt, abunde sufficiunt,
ad suos exercitii hujus cognoscendos.

CAPUT II.

DE MATERIA ORATIONIS.

ORATIONIS ac Meditationis utilitate per-
specta, nunc circa quæ meditatio
versari debeat, declarabitur. Cum enim
hunc in finem ordinata sit, ut cor medi-
tantis ad timorem atque amorem Dei, ac
mane

mandatorum ipsius obseruantiam excitat : materia meditationis talis esse debet, ut quam proxime ad hunc caput accedat. Id autem quamvis omnes res creaturæ, universa sacra Scriptura nobis praestare querant, autamen (generaliter loquendo) sancta fidei nostræ mysteria, Apostolico symbolo contenta præ ceteris adhuc finem sequendum utilior & efficaciora sunt. Hæc enim ex una parte divina beneficia, extremum iudicium, premias inferni, & gloriam paradisi continent ; quæ omnia tanquam acutissimi quidam stimuli, corda hominum ad timorem & amorem Dei concitant & existimulant. Ex altera vero, vitam & passionem Domini & Salvatoris nostri Iesu Christi, quæ est totius boni nostri fons & securigo, complectitur. Hæc duo Symbolo Apostolico comprehensa, ut plurimum materiam meditationi præbent, ac proinde circa illa meditationem sive mentis orationem maximè versari debere existimo : quamvis quilibet specialia quedam puncta possit habere, quæ cor illius ad amorem Dei ac timorem vaenitus exciteat & inflammaret.

Hæc

Hac igitur ratione persuasus, quo incipientes ac novellos tyrones in hanc mentalis orationis semitam, quasi manuducem, eisque materiam meditationis omnino preparatam ac præmensam (quemadmodum parvis pueris) offerem, duo meditationum genera selegi; quorum alterum matutino tempori, alterum vespertino serviet, ex mysteriis fidei ferè desumpta, ut sicuti corpus bina refectione quotidie paseitur, sic anima totidem spirituallibus refectionibus per meditationem & considerationem cœlestium rerum nutritur & vegetetur. Meditationum harum quædam sunt de passione & resurrectione Domini nostri Iesu Christi, quædam de cæteris fidei mysteriis, quorum paulò ante meminimus. Cui vero illa commoditas & occasio negatur, ut bis in die meditationi se dare possit, hoc ordine iisdem uti poterit: ut priores septem meditationes una hebdomada, posteriores altera considerandas sibi summat: aut illis tantum meditationibus quæ vitam & passionem Domini complectuntur, quandoquidem potissimæ sunt, inhæreat, quam-

vis cæteræ negligendæ non videantur, in principio præsertim conversionis, cui præcipue convenient: quando enim timor Dei, & dolor atque horror peccati maximum quæritur.

SEQUUNTUR SEPTEM PRIORES MEDITATIONES VESPERTINÆ.

DIE LUNÆ.

Hac die memoriam ages peccatorum, ac in cognitione tui ipsius exerceberis: ut ex una quidem parte peccatorum tuorum gravitatem, ex altera vero inopiam & nihilitatem tuam inspicias, cognosc que te nihil boni à teipso habere, sed omne bonum tuum à Deo existere. Ex qua consideratione veram humilitatem atque animi submissionem virtutum omnium matrem, tibi conquires.

Primo igitur multitudinem peccatorum vitæ tuæ anteactæ tecum perpende; nominatim vero ea crimina quæ tum admissisti, quando necdum divina luce illumi-

natus Deum cognoscebas, tibi in memoriā redige: ea si diligenter & accuratē per vestigaveris, tam multa reperies ut capillos capitū cui numero superent: hoc enim tempore ad instar, hominis Ethnici divini rum iis notitia carentis, nec ullam de Deo cogitationem suscipientis, vitam traduxisti.

Considera deinde quomodo circa decem præcepta, & septem peccata mortalia te gesseris; & disces nullum esse Dei mandatum, quod non violaveris, nec ullum mortale peccatum, in quod non aliquoties cogitatione, verbo vel opere prolapsus fueris. Sub hæc divina beneficia, toto vitæ transactæ tempore tibi præstata recole, & attende num' accuratam, de illorum recto usu, rationem reddere possis.

Dic obsecro, quibus in rebus infantiae, juventutis, adolescentiae, & in uno verbo dicam, totius vitæ tuæ tempus insumpisti? quo sum quinque sensos extrinsecos, & animi facultates à Deo hunc in finem tibi donatas, ut eas ad illas cognitionem ac ministerium impenderes, consulisti? Ad quid oculos nisi ad vanitates

con-

contemplandas convertisti? Aures qualibus sermonibus nisi mendacibus & fabulofis adhibuisti? lingua quid nisi blasphemias & murmuraciones protulit? Quid gustu, quid tactu nisi lascivias & voluptates carnis percopisti? quomodo sanctorum Sacramentorum remedio, à Deo singulari munere tibi concessa usus fuisti? Quam gratiarum actionem ei pro beneficiis, quibus te affecit reddidisti? qua promptitudine sanctis ejus inspirationibus satisfecisti? quibus iurebus sanitatem & vires naturales consumpsisti? bona fortunae qua ratione ditpensasti? occasionibus & commoditatibus benè vivendi tibi concessis quo pacto usus fuisti? Quam sollicitam proximò tui à Deo tibi commissuram gessisti? Quibus misericordia ac benignitatem operibus erga illum usus fuisti? Quid respondebis in illo tremendi judicii die, quando Deus severissimam horum omnium à te rationem repetes? O arbor arida & semper hirsignibus atque incendiis destinata! quam tunc excusationem prætexes, quando rationem totius vitae tuæ, omniumque & singulorum anno-

sum,

rum, mensium, hebdomadarum, di-
erum ac momentorum redditura es? Ter-
tio loco ea peccata, quæ ab eo tempore
commisisti, & indies committis, postea-
quam oculis interioribus divino lumine
collustratis, illos ad Dei contemplationem
erigere cœpisti, & invenies veterem Ada-
rum adhuc in tuis actionibus dominari,
radicemque illius perverbos habitus non
paucos in te progerminare.

Attende quam parum gratus & liberalis
erga DEUM: existas quam immemor be-
neficiorum ejus: quam contrarius ejus in-
spirationibus; quam acediosus & remissus
in divino servitio, ad quod vix unquam de-
bitam alacritatem ac diligentiam, aut eam
intentionis puritatem quam deceret, ad-
fets, imo potius ob alios mundanos respe-
ctus & comoda Deo famulatis.

Considera præterea, quam rigidus sis
erga proximum, & quam indulgens tibi-
n etipſi: quam amans tuar voluntatis,
sensualitatis, honoris, & opum quæ
ad te pertinent. Aspice quomodo indies
te ipso arroganter, ambituſior, iracun-
dior, vanior, ad iracundiam pronitor,
ad

ad malitiam profligior, ad delicias & voluptates proclivior, mutabilior, levior; ad carnis vitia propensior, voluptatum, societatum, gaudiorum ac vanitatum amans evadas. Attende tuam in bonis inconstantiam, in verbis indiscretionem, in factis imprudentiam, in negotiis arduis ac difficultibus aliquando puerilinitatem, nonnunquam temeritatem & ludicionem.

Quarto loco, post peccatorum ordinem ac numerum per vestigatum, ea paucis per cum animo tuo pondera, & singula in considerationis libram depon, ut perspicere possis, quantis miseriis ex omni parte circumdatus sis. Quod ut fratres tres hasce circumstantias in peccatis vitae antea consideraveris, videlicet; in quem peccaveris, cur, & quomodo. Quæ si tecum diligenter expendas, invenies te per peccatum Deum offendisse: cuius bonitas & majestas est immensa: qui tot sibi beneficis hominem devinxit, ut non sint tot atenulae in universo mari, quot ille benefacta in hominem cognoscit.

Sed

Sed cur tandem peccasti, & quæ fuit vis illa, sive occasio quæ te ad crimen aliquod committendum impulit? Minimum existimationis conservandæ momentum: fœda voluptatis species, utilitas exigua oculis objecta, & frequenter, nulla omnino occasio, sed mala tantum consuetudo & Dei quidam contemptus.

At heu quomodo peccasti, tanta cum facilitate, tam insigni cum audacia, tam exiguo cum timore, & conscientia, immo tali cum securitate & voluptate, quasi negotium tibi esset cum Deo ligneo, qui nullam eorum, quæ in mundo aguntur curam habeat, nec quicquam eorum videat aut intelligat. Hiccine est honor supremæ huic majestati debitus? Hæccine beneficiorum ejus repercio? Talibusne obsequiis pretiosum sanguinem in cruce cui causa profusum, flagella, & colaphos pro te perlatos remetiris? O te miserum qui in talem ac tantam majestatem peccasti: miseriorem qui tam levi ex causa in eum peccasti: miserrimum & maximè deplorandum, qui ruinam tantam non sentis & quasi post peccatum securus,

nul-

nullam damnationem metuis; atque idcirco peccata tua minime diles.

Utile præterea fuerit, ut in hac consideratione aliquamdiu permaneas, teque nihil aestimes, & certò tibi persuadeas, te nihil à te ipso, præter peccatum, habere, cætera omnia à divina benignitate existere, Etenim evidenterissimum est omnia bona tuum naturæ, tum gratiæ quæ prioribus excellentiora & potiora sunt, ab ipso proficiisci. Ipse namque est author gratiæ prædestinationis; (quæ cæterarum veluti fons est & origo,) gratiæ vocationis, gratiæ comitantis, gratiæ perseverantiae, & gratiæ virtutum eternarum. Quid igitur habes unde meritò gloriari possis præter nihilum & peccatum? Hoc nihilum, quod tibi soli attribuere potes, diligenter & accurate perpende, cætera soli Deo adscribe: ut clare ac manifestè perspicias, quis tu, & quis ille sit, & hinc conjicias, quantum te oporteat de temetipso dissidere, & quam firmam in Deo spem & fiduciam repositam habere; illum amare; temetipsum in illo glorificare, non in te, nisi quatenus gratia illius in te libere operatur.

His

His attenta meditatione pertractatis & digestis, ad quantam potes maximam tuim
met centen priorem transi. Puta te similem
esse arundini vacuae, quae quolibet
vento exagitatur & flectitur, sine gravita-
te, sine virtute, sine constantia, sine
stabilitate, & ut uno verbo dicam, sine
ullo esse. ~~estimare~~ te esse Lazarum quatri-
dum mortuum, putens & abominabile
cadaver, vermibus scatens, & usque
ad eodem fæcum, ut transeuntes oculos aver-
tere, & naras occludere cogantur, ne
fætorem tuum oculis aut naribus hau-
riant. Credets omnibus his abominabi-
liorem esse coram Deo & Sanctis. Indig-
num te reputa, qui oculos ad cœlum eri-
gas, qui terram ca'ces, quem terra susci-
near, & cui res creatæ serviant; imo ne
dignum quidem pane quo vesceris, & ae-
re quem attrahis. Abjice te cum publica
illa Evangelica peccatrice ad pedes SAL-
VATORIS, vultu confusionis ac eru-
bescientiae pleno non aliter ac fœmina in
adulterio inventa se marito suo præsen-
taret, & veniam peccatorum tuorum cum
dolore intrinseco, & vera pœnitentia, ab
eo

eo pere, ut pro bonitate ac misericordia sua immensa, te denuò in gratiam, & in domum suam recipere dignetur.

DIE MARTIS.

Hoc die miserias vitæ humanæ considerabis, ex quarum meditatione mundanæ gloriæ vanitatem perspicies, doceberisque quantum te omnem mundi gloriam contemnere oporteat, quandoquidem adeò fragili fundamento fluxæ vitæ nostræ innititur. Cujus miseriæ cum innumeræ sint, septem primarias tantummodo in meditationem assumes.

Considera igitur primo vitæ hujus brevitatem, ut potè quæ septuaginta vel octoginta tantum annis definita est, quicquid amplius, ut ait Propheta, labor & dolor est. Si ex tempore derrahas infantiam, quæ potius est vita bestiarum quam hominis, illud item tempus quod dormiendo consumis, quoniam dum somno indulges, usu rationis, quæ sola hominem à ceteris creaturis secerat, privatus es, tempus vitæ tuæ brevius quam unquam aestimaveras, esse compieries. Hoc tempus si cum

æternitate futuri sæculi comparaveris, minus quam momentum esse animadvertes. Conjice hinc quam stulti & amehtes sint, quantoque in errore versentur hujus mundi amatores, qui ut unico momento brevissimæ hujus vitæ gaudiis fruantur, æternitatis jacturam facere non verentur.

Deinde incertitudinem vitæ hujus (quæ est miseriaturum altera) expende. Etenim non tantum brevissima est, sed insuper brevitas illa incertissima est, & maximè dubia: Quotusquisque enim est, qui ad sexagesimum ac octogesimum etatis annum perveniat? Quam multi in ipso vitæ ingressu extinguntur? Quam innumeri in flore juvenilis etatis pereunt? Nescitis ait CHRISTUS, quando Dominus vester venturus sit, an in prima vigilia, an in secunda, an in tertia, an demum in ipso Gallicinio. Quod ut clarius intelligas, reduc tibi in memoriam multorum amicorum præcipue domesticorum, aliorumque dignitatis alicujus aut authoritatis virorum, quos mors inexorabilis, in diversis etatibus ex hac vita inopinatò sustulit, omnesque illorum spes & cogitationes iritas & inanes fecit.

Ter.

Tertio considera hujus vitæ fragilitatem quam invenies quovis vitro fragiliorem esse; siquidem aer infestior, sol serventer, fluxus aquæ frigidior, inedia protractior, febris ardenter, & quævis alia corporis intemperatio, homini sæpe vitam eripit: uti quotidie cernimus in multis, qui ex minima rerum paulò ante enumeratarum, in florida etiam & vigentia extare, prosternuntur & extinguuntur.

Quarto, considera hujus vitæ instantiam, & mutabilitatem, quæ nunquam diu in eodem statu permanet. Aspice mutationes corporum, quæ diu eadem dispositione & sanitate non gaudent. Mutationes deinde animorum, quæ non alter ac mare servens & diversis ventorum flatibus agitatum à suis passionibus, inordinatis appetitiis, ac denique cogitationibus fluctuantibus & mentem hominis in omni ferè eventu perturbantibus impelluntur, & agitantur. Mutationes denique quas appellant fortunæ: quæ non patitores humanas diu in eadem felicitate ac prosperitate consistere, sed eas rotæ instante intermissione volvit & revolvit. Con-

ALCANTARA
 sidera hic etiam continuum vitæ nostræ motum, quæ nunquam nec interdiu, nec noctu quiescit, sed sine cessatione progeditur, & quotidie magis magisque se ipsam perdit, atque consumit: ita ut non inepte comparari posse videatur caudejæ, quæ paulatim se ipsam consumit, & quanto clarus lucet & ardet, tanto citius ad finem pervenit. Nec non flori, qui manè oritur, meridiè flaccescit, & occidente sole venitus exarescit. Quod Deus per Ieriam Prophetam de hac mutatione loquens pulchritudinem adumbavit cum anima. *Omnis caro fænum, & omnis gloria ejus quasi flos agri.* *in his non est illud quod enunciatur.*

Quæ verba S. Hieronymi explanans, libr. II. comment. in Isa. c. 40: hinc revera si quis fragilitatem carnis aspiciat, & quod per horarum momenta crescimus, & deinde crescimus, nec in eodem manentibus stadiis ipsumque quod loquimus, indicamus, & scribimus, de vitæ nostræ parte præterea volat, non dubitat carnem fænum dicere, & gloriam ejus quasi florem fæni sive prata camporum. Qui dudum infans, subito puer, qui puer repente juvenis, & usque

usque ad senectutem per spacia mutatur incertā, & ante se senem intelligit, quam juvenem non esse se miretur. Pulchra mulier, quæ adolescentulorum post se trahebat greges, arata fronte & aulibus obduta rugis contrahitur, & quæ prius amoris, & voluptatis, postea fastidio est;

Considera quintò, quām fallax & subdola sit hæc vita (quæ conditionum ejus iniquissima est, qua innumeros mundi amatores, ac in se fiduciam suam cœcamente collocantes decipit.) Etenim cūm sit fœda & turpis, nos illam tamen speciosissimam; cum plena fellis & amaritudinis nos illam suavissimam; cūm brevissimis terminis circumscripta, nos illam longam; cum plena infelicitatis & miseriatur, nos tamen illam usque adeo fœlicem & amabilem existimamus, ut nullum sit periculum, discrimin cui se homines pro illius conservatione, non objiciant, etiam cūm æternæ vitæ ac fœlicitatis iactura: dum ea quæ illos hac fœlicitate indignos constituunt ac spoliant, admittere non verentur.

Considera sextò, præter brevitatem

aliasque conditiones jam ennumeratas , illud exiguum tempus vitæ nostræ quod vivimus , esse subjectum innumeris miseriis , tum corporalibus , tum spiritualibus , ita ut hæc vita meritò appellari possit , torrens lachrymarum & oceanus infinitarum molestiarum S. Hieronymus refert , Xerxem illum regem potentissimum , qui subvertit montes , maria constravit , cum de sublimi loco infinitam hominum multitudinem , & innumerabilem vidisset exercitum , slevisse , quod post centum annos nullus eorum quos tunc cernebat superfuturus esset . Et statim subjungit . O si possemus in talem aseendere speculam , de qua universam terram sub nostris pedibus cerneremus : jam tibi ostenderem totius orbis ruinas , gentes gentibus , & regnis regna collisa ; alios torqueri , alios necari , alios absorber fluctibus , alios ad servitatem trahi ; hic nuptias , ibi planctum ; illos nasci , istos mori ; alios affluere deliciis , alios mendicare ; & non Xerxis tantum exercitum , sed totius mundi homines qui nunc vivunt in brevi spacio defuturos .

Intuere hic paululum infirmitates & labores corporum: passiones & cogitationes animorum: pericula in omni statu atque in omni ætate hominibus intenta, & quotidie christiuj hujus vitæ miseras intelliges: ut cum perspexeris, quid de hoc mundo sperari possit, tu cum magnanimitter cum omnibus quæ ad eum pertinent, contemnas.

Harum miseriarum extrema est mors, quæ sive corpus, sive animam respicias, omnium rerum est terribilissima. Etenim hoc momento corpus cunctis hujus mundi rebus omnino nudatur: & anima in eo punto constituitur, quo judicium de illa in omnem æternitatem feretur.

His accurate considerandis edoceberis, quam hujus mundi gloria sit brevis & misera, utpote cum amatorum illius vita, aliis conditionibus quam modo enumeras, non gaudeat, quantumvis etiam magnam æstiment: & hinc judicare poteris, quantum eum contemnere & odiſſe debeas.

HAc die de morte meditationem insti-
tues, quæ consideratio utilissima est,
cum ad veram sapientiam acquirendam,
cum ad peccatum fugiendum, cum deni-
que ad homines excitandos & commoven-
dos ut tempestivè rationes suas, quas tum
redditis sunt, subducant & ordinent.

Considera primò, horæ illius in qua
mois te aggressura est incertitudinem; cu-
jus neque diem, neque locum, neque
statum in quo te inveniet, cognitum ha-
bes: credis duntaxat te aliquando moritu-
rum esse, de reliquo planè ignarus es, nisi
quod hominem tum plerumque adoriri so-
leat, cum minimum de illa cogitans longè
se abesse à morte arbitratur.

Considera secundò, separationem il-
lam acerbissimam, quæ in mortis articulo
fiet, non modò ab omnibus praesentis vi-
tæ rebus, quas dilexisti; verum etiam
animæ à corpore, cuius societas cum sit
antiquissima, charissima ei est, & amicissi-
ma. Si enim homo dolenter & acerbè
fiet, se in exilium relegari, patria dulcis-
sima excludi, & aere illo quem primum
nasce-

nascens haust, privari: quamvis omnia quæ clara habeat secum asportare possit: quam acerbè & graviter feret, universale illud exilium, quo ab omnibus hujus mundi rebus, à domo, à facultatibus, à Patre, à matre, à libertate, ab amicis interclus quo migrandum sibi sit separabitur: quod communi aere atque luce spoliabitur, quo deliquet ab omnium humanarum rerum conuersoris tolletur! Si vos cum ab altero se jungitur, cum quod idem aratum traxit, mugitu dolorem suum testatur, quos tu mugitus, quæ suspiria edes, cum te ab omnibus tuis sodalibus divelli conspexeris?

Considera etiam tormentum, quo in eo atticulo mens morientis cruciatur, cum abstracta ab omni corporali negotio secum cogitar, quid paulò post corpori, & quid animæ eventurum sit. Quomodo corpus fossa duntaxat septem pedum recondendum, ac vermium dentibus arrodendum abjiciendum sit: quid autem de anima suturum, atque ubi mansura sit, prolsus incertum haber. Quæ cogitatio mentem morientis vehementer excruciat, dum

certò cognoscit superesse gloriam & tor-
menta quædam sempiterna , ac se utriue
æquè propinquum esse , nec tamen scire ,
quid è duobus hosce contrariis sibi in par-
tem cessurum sit.

Hanc afflictionem excipit alia non mi-
nor , videlicet ratio , totius anteactæ vi-
tae mox summo judici reddenda : quam
etiam sanctissimæ atque integerimæ vitæ
viri expaverunt . Arsenius cùm in extre-
mo vita articulo , tremere ac lachrymari
visus esset , & à discipulis interrogaretur :
nunquid & ipse mortem timeret : Respon-
dit . Revera filioli metus hic quo me videtis
affici , nunquam omnino à me recessit , ex
quo factus sum Monachus .

Tunc oninia peccata vitæ anteactæ
homini in memoriam redeunt , eique se
repræsentant , non aliter ac acies ordinata
ad interimendum eum astans : sed & sce-
lera cæteris immaniora , ex quibus majo-
rem percepit voluptatem , assiduè ante
oculos ei obversantur , quæ acerbissimo
eum cruciatu afficiunt atque in magnam
salutis desperationem adducunt . Memoria
etiam præteritarum voluptatum , quæ ante-

dul-

dulcissimæ videbantur, ei amarissima est.
Ut non immerito sapiens dicat : *Prov. 23.*

*Ne inebiaris vinum quando flavescebit, cum
splenduerit in vitro color ejus, ingreditur
blandè & in novissimo mordebit, ut colu-
ber, & sicut regulus venena diffundet.*

Tale est illud poculum, quod humani ge-
neris inimicus veneno suo insectum, mun-
di amatoribus epotandum offert : talis
est liquor calicis Babylonici forinsecus de-
aurati.

Improbis autem homo, tot accusato-
ribus se circumdatum cernens, de judicii
exitu metuere incipiet, & semetipsum
quærulis vocibus deplorare. O me miser-
um & infelicem qui tanto errore hactenus
vixi, & tam noxias semitas ambulavi, quæ
me nunc sors manet ? Si S. Paulus *Gala 6.*
hominem, ea quæ seminaverit, illa &
messurum esse affirmat, mihi qui nihil
aliud ita excolui, ut opera carnis, quis
inde fructus alius sperandus, quam cor-
ruptio ? Si S. Joannes *Apoc. 21.* nihil in-
quinatum cœlestem civitatem, quæ auro
mundissimo constrata est ingressorum esse,
ait, mihi quæ pars in ea obvenire potest,

qui omne genere luxuriæ contaminatus sum?

Succedunt deinde Ecclesiæ Sacramenta, Confessionis, Communionis, & extremae unctionis, quæ sunt extrema Ecclesiæ auxilia, quibus potest homini mortui subveniri.

Ex omnibus jam dictis circumstantiis considerabis hominis qui male vixerit ingentes angustias: quibus in exitu suo premitur, quam ardenter desiderabit se vitam emendatiorem egisse, quam austera etiam vitam deinceps agere cuperet si vita ei longior concederetur: quando tunc conatu divinam opem implorare vellet, quod tamen infirmitatis magnitudo, & dolores mortis eum circumstantes non sinent, qui tanti erunt, ut vix eum cogitationes ad DEUM convertere passuri sint.

Aspice post hæc ultimæ infirmitatis symptomata mortem præcurrentia, & finem adesse nunciantia; quæ horribilia sanguisunt, atque aspicientibus terrorem non mediocrem incutiunt. Stomachus inflatur, vox deficit, pedes emoriuntur, genua

nua frigescunt, nates subidunt, oculi profundantur, facies pallescit, lingua officio suo ultra non fungitur: Et ne multis, conatus animæ de corpore egredientis sensus omnes perturbat, eosque siho omni prorsus vigore relinquit.

Jam vero animæ tormenta, quæ longè graviora sunt quis explicet? Etenim tunc in magna lucta & agonia versatur, tum propter dubium salutis eventum: tum propriètim timorem reddendarum rationum: quæ mox ab ea de totius anteactæ vitæ gestis repetentur: tum denique quia cum naturaliter corpus suum diligit, ab eo separari sine magno dolore & angustia nequit, praesertim cum sibi vehementer metuat, nesciens quid de se futurum sit.

Animam e corpore egressam contemplatus, quo adhuc itinera tibi facienda restant: Unum quo corpus usque ad sepulchrum comiteris: alterum quo animam usque ad causæ sue decisionem affecteris, atque utriusque corporis nimirum & animæ exitum inspicias. Intuere igitur quid de corpore anima spoliatio fiat. Aspice quam pretiosa indumenta quibus

illud involvant, & sepeliant, conquerantur. Quantam celeritatem domestici adhibeant, ut domo quam primum efferratur. Considera qua pompa, quibus ritibus ad sepulchrum gestetur; quam solemniter campanæ pulsentur, quam diligentem quisque de mortuo inquisitionem habeat, officia etiam defunctorum, preces circumstantium lugubremque Ecclesiæ cantum, dum sepulchro imponitur, & terra obruitur. Amicorum præterea, & cognitorum lachrymas; & fletus, super mortuo ac denique, ut uno verbo dicam, omnia quæ circa defunctum agimmo est, quoisque corpus terra conditum fuerit, cum quo perpetua pariter oblivione memoria illius obruitur.

Relicto posthæc corpore sub terra, animam comitare iter instituentem in novam, & hactenus sibi planè incognitam regionem, ubi judicio summi judicis sistetur. Finge animo te huic judicio præsentem adesse, totamque cœli curiam, summum silentio & attentione circumstare, quo judicii hujus exitum & sententiam compleetur. Hic omnium acceptorum

expensorumque districta ratio reperetur.
 Ratio, inquam, de vita, de bonis, de
 familia, de divinis inspirationibus, de
 bene agendi mediis & occasionibus: de
 sanguine denique Iesu Christi & usu Sa-
 cramentorum: ac demum secundum eam,
 quam de accepris rationem reddiderit,
 sententia pronunciabitur.

DIE JOVIS.

Hodie de judicio extremo meditaberis:
 Ut hāc consideratione suscites in ani-
 mo tuo, duos primarios, quos quilibet
 Christianus habere debet, affectus, vi-
 delicer, timorem Dei, & odium peccati.

Primo igitur ponet tibi ob oculos, quam
 sit suura dies hāc terribilis, in qua om-
 ues causæ litigiosæ filiorum Adam deciden-
 tur, & judiciariis processibus totius vitæ
 nostræ finis imponentur: & quid de illis
 in omnem æternitatem statuendum sit,
 publicè in oculis atque conspectu totius
 mundi pronunciabitur. Dies hāc com-
 prehendet in se, dies omnium sæculorum
 præsentium, præteritorum, & futuro-
 rum, atque omnium in eis gestorum ra-

tio-

tiorrem severam ab hominibus repeteret, omnemque furorem, præteritis sæculis congestum & thesaurizatum, simul in homines effundet. Quia tunc torrens divinæ vindictæ, extra limites suos exundabit, & tanto validiori cum impetu prorumperet, quanto diutius retentus fuit, ac simul omnia scelera à misericordiæ creatione commissa obrueret.

Considera secundò, horrenda signa, quæ diem hunc præcessura sunt. Etenim ut Salvator. *Luc. 21.* Erunt tum signa in sole, luna & stellis, atque omnibus creaturis cœlestibus & terrestribus, quæ finem suum propinquare intelligentes, tremere ac concuti ante ruinam incipient. Homines enim ut idem Salvator ait, aridi, attenuati, & à morte latum vix unguem dissitti, percipientes horrendos fremitus maris: videntes etiam ingentes illius expumationes, exundationes, & elevations: atque ex his miserias & calamitates, quas hæc signa portendunt ac mundo minantur, conjicientes, tanto stupore ac horrore defixi eruunt, ut velut exanimes sine colore, sine voce, sine specie humana,

nâ,

nâ; hinc inde oberraturi sint: mortui,
antequam moriantur p damnationemque
suam ante sententiæ prolationem horreri-
tes: p damna etiam futura, sua imagina-
tione merentes. Quilibet eorum magni-
tudine pavoris adeo de seipso sollicitus
erit, ut de alijs, sive sint parentes, sive
mariti, sive conjuges, sive amici, sive
socii, nullam omnino curam aut cogita-
tionem suscepturnus sit.

Tertio, imaginare tibi diluvium illud
ignis universale, quod judicium hoc præ-
cedet: formidabilem tubæ illius quam tu-
nus Archangelorum inflabit, sonitum:
qua omnes totius mundi populi, ut unum
in locum divino judicio se sistant, convo-
cabuntur: ac denique tremendam illam
majestatem, qua cum supremus vivorum
ac mortuorum Judex huic judicio præsi-
debit.

Quarto, considera quam exacta & se-
vera à singulis tum ratio repetetur. Verè
scio (inquit S. Job. 19.) quod non justifice-
tur homo compositus Deo. Si voluerit con-
tendere cum eo, non poterit respondere
unum pre mille. Quid igitur fieri de homine
cum

cum Deus illum juxta suæ justitiæ rigorem
tractare cœperit? quando illum intrinse-
cus in conscientia, sic alloquetur.

O homo perversè ac improbè, quid
vidisti in me propter quod, me per sum-
mum nefas spreto, hostibus meis te ad-
junxisti? Ego te ad imaginem & similitu-
dinem meam condidi, lumine fidei illu-
minavi, Christiana fide à primis imbui,
sanguine proprio redemi, tua causa jeju-
navi, vigilavi, oravi, itinerum mole-
stias suscepi, sanguinem sudavi, aliasque
molestias in hac vita quamplurimas pertu-
li. Tui amore persecutiones, injurias, bla-
phemias, irrisiones, contemptus, conu-
marias, tormenta, & crucem denique ip-
san sustinui. Testis est hæc crux mea, te-
stes sunt hi clavi, testes hæc vulnera, quæ
manibus & pedibus meis impressa conspi-
cis; testes denique cœlum & terra, quæ
passionis meæ inspectores extiterunt. Quo
pacto animam tuam tractasti, quam ego
pretiosi sanguinis mei litro redemi? quain-
te preciosam hanc margaritam inæstimabili
pregio à me coemptam impendisti? O ge-
nimen viperarum, cur potius elegisti ho-

sti

sti meo cum magno labore ac dolore inser-
vire, quia in mihi creatori & redemptori
tuo cum jucunditate ac voluptate famulari?
Ego te frequenter vocavi, & tu voca-
tioni meae respondere noluisti, ego januam
cordis tui pulsavi, & aperire mihi renui-
sti; expandi manus meas in cruce, & ne-
glexisti, despexit omnia consilia, pro-
missa & comminationes meas. Pronunciate
igitur nunc, ô Angeli, sententiam atque
judices estote inter me, & vineam meam,
*nunquid amplius aliquid facere potui vinea
mea quod non feci? Iсаіз.*

Quid hic respondebunt improbi, &
divinarum rerum irrisores? qui virtutem
exibilarunt, simplicitatem deriserunt, &
mundi leges exactius observarunt quam
divinas? qui aures suas ad Dei voces ob-
struxerunt? qui divinas inspirationes con-
tempserunt? qui præcepris Dei rebelles ac
beneficiis ejus ingrati extiterunt? Quid
dicent liberi in illi, qui omnium flagitio-
rum sibi licentiam permittentes, ita vixe-
runt quasi D E U M non esse, aut humana-
rum rerum nullam curam gerere arbitra-
tentur? Quid qui proprias libidines, vo-
lupta-

luptates, & commoda pro lege ac regula
la fecuti sunt? Quid facietis (ait Esaias 10.)
In die visitationis & calamitatis de longe
venientis? ad cuius confusietis auxilium?
& ubi dereliqueris gloriam vestram, ne
incurvemini sub vinculo & cum imperfectis
cadatis?

Quintò, considera terribilem illam sen-
tentiam; qua finito iudicio supremus Ju-
dex impios omnes peteceler: quam tam
horribili voce intonabit, ut ad prolatio-
nem illius omnium assistentium aures tin-
niant. Ut Esaias 30. ait. *Labia ejus re-
pleta sunt indignatione, & lingua ejus qua-
si ignis devorans.* Nam quæ si amissæ pos-
sint esse tam ardentes uti sunt hæc verba?
*Discedite à me maledicti in ignem æter-
num, qui paratus est Diabolo & Angelis
ejus.* Cujus sententiae unumquodque ver-
bum plenum est atrocis dolore. Quis enim
comprehendere sufficiat, qualis sit ista
separatio, qualis maledictio, qualis ignis,
qualis societas, qualis denique illa æter-
nitas, cui per hanc sententiam improbi
adjudicantur.

DIE VENERIS.

Hoc die pœnas inferni considerabis; ut ex eorum inspectione, majorem intimatione Dei, ac peccati detestatione stabiliterem adipiscaris ibi quod eripitur. Hæc pœnas, docet S. Bonav. in fasticulo c. 3. Meditandas esse; & imaginandas nobis secundum quasdam similitudines à sanctis virtutis hac de re tractatas, quare non conveniens fuerit (ut idem eodem loco ait) infernum sibi imaginari tanquam chaos horribilissimum lacum subterraneum, putrum profundissimum & totum ignitum. Aut tanquam élvitatem magnam, & horribilem & penitus tenebrosam, obscurissimis & tenebrosisimis flammis succensam, clamantibus, vitulantibus & plangentibus universis præ inexplicabilibus doloribus. In hoc loco infelipi & deplosti, duo genera poenarum sunt, quorum alterum possa sensus, alterum pœna damni appellatur.

Quod ad prius attinet. Considera nullum esse in damnatis sensum extrinsecum siue intrinsecum, qui non propria pœna crucietur. Nam quemadmodum damnati,

om-

omnibus simul membris & sensibus Deum
offenderunt, illisque tanquam instrumen-
tis & armis usi sunt, quibus neglecta Dei
societate ac lege, servirent peccato: ita
divina justitia constituit, ut unicuique il-
lorum propria supplicia secundum meri-
tum interrogentur. Oculi enim lascivi & im-
pudici, horribili dæmonum aspectu cru-
ciabuntur. Aures, quæ mendaciis & de-
ractionibus aliisque impuritatibus patue-
runt: inconditis vocibus, clamoribus,
blasphemias, & vulgatibus personabunt.
Nares quæ suavia odoramenta & suffitus
hauserunt: intolerabili fœtore torquebun-
turi. Gustus qui cibis delicatis & dulci
potu delectatus est: intolerabili fame,
sicque ardentissima excarnificabitur. Lin-
gua quæ tracationes & murmurationes
protulit: selle draconum potabitur. Li-
bidinosus qui illiciis desideriis suis sem-
per morem gessit: glaciei collo tenus im-
mergetur, & uti S. Job. 24. ait, *Ab aqua
vivum transibit ad calorem nimium*,
ad flaminas videlicet ignis & sulphu-
ris.

Sed nèc interioribus sensibus sua dec-
tunt supplicia. *Imaginatio dolorum præ-*
sen-

sentium apprehensione; memoria; præteritarum voluptatum recordatione; intellectus; futurorum metu: voluntas incredibili in Deum odio ac rabie cruciabitur. Denique omnia mala simul coadunata; cum omnibus suppliciis, quæ mente fingi & cogitari imaginando possunt illic erunt.

Ibi, ut D. Gregorius ait, erit frigus intolerabile, ignis inextinguibilis, vermis immortalis, scotor quem nemo poterit perficere, tenebrae palpabiles, flagella carnificum, larvae dæmonum, confusio peccatorum, & desperatio bonorum omnium. Dic mihi si vel exigua pars partem horum cruciatuum minimo temporis spatio sustinete, intolerandum & valde moleustum tibi videtur, quid erit totam hanc malorum illudem uno eodemque tempore, in omnibus membris & sensibus externis & internis, non una modo nocte, nec mille tantum noctibus, sed in omnem saeculorum aeternitatem tolerare? Quis sensus quæ lingua, quæ mens humana hoc concipere, ne dicam verbis exprimere queat?

Et tamen istæ pœnæ , omnium quæ
damnati patiuntur nondum sunt gravissi-
mæ : alia superest sine comparatione acer-
bior , quam Theologi appellant pœnam
damni : quæ consistit in perpetua priva-
tione divinæ visionis , ac Dei & sanctorum ,
gloriosæ & beatissimæ societatis . Pœna enim
quælibet in se tanto gravior est , quanto
præstantiori bono hominem spoliat : cum
autem Deus , sit summum atque esse[n]tiale
bonum , omnium honorum maximum ,
utique illo carere est malorum omnium
gravissimum .

Hi sunt generales damnatorum crucia-
tus : præter quos sunt & ali particulates
quibus singuli iuxta scelerum suorum qua-
litatem tortuebuntur . Erenim alia erunt
supplicia superborum , alia invidorum ,
alia avarorum , alia luxuriosorum ; alia
denique cæterorum vitiorum . Mensura
doloris ibi adæquabitur mensuræ voluptas-
rum in præsentî vita perceptarum : con-
fusio par erit gloriæ ac præsumptioni : ino-
pia & egestas abundantiae : fames , & sitis
gulae , & delicijs præteritis .

Suppliciis hactenus enumeratis adjicienda est æternitas durationis, quæ omnium veluti sigillum & clavis est. Nam viderentur aliqua ratione tolerabilia, si finem aliquando habitura essent. Quod enim certo tempore definitum est, arduum esse non potest: sed supplicium illud interminabile, sine solatio, sine refrigerio, sine diminutione, ubi nulla spes superest, quod aliquando finis futurus sit vel cruciatum, vel eorum qui eos infligunt, vel eorum qui tolerant; sed est quasi perpetuum & irremissibile exilium sine ulla spe revocationis, illud demum diligenter & attentè consideratum, homini stuporem injicere, mentemque eripere, ac ad timorem salutarem illum excitare potest.

Ex hac autem suppliciorum æternitate, proficiuntur ingens illud odium, quo contra DEUM incensi sunt: inde horrendæ istæ blasphemiz, & maledicta quæ in DEUM impuris faucibus congerunt, dicentes: Maledictus DEUS qui nos crevit, & ad mortem sine morte, immortalem, quæ ita nos cruciat & premit, ut

tamen nunquam occidat , condemnavit . Maledicta sit potentia illius , quæ in nos tam graviter animadvertisit . Maledicta sit sapientia ejus , quæ illi omnia nostra scelerata patefecit . Maledicta sit justitia illius , qua pro peccatis temporalibus æterna supplicia irrogat . Maledicta sit crux illius , quæ nobis infruituosa est . Maledictus sanguis quem profudit , quandoquidem unctionem contra nos exposcit . Maledicta sit Dei mater , quæ cum sit omnibus pia & clemens advocata , crudelissimam & immisericordem se nobis exhibet . Maledicti sunt sancti omnes cum Christo regnantes , qui de nostris malis lætantur .

Hæc sunt carmina , quæ alternatim tota nocte concinunt : hæc sunt istorum cantica , hæc perpetua istorum musica , qua clementissimum & justissimum horrendis blasphemias , ac maledictis in omnia sæcula sæculorum inhonestare , & ut ita dicam : proscindere conantur .

DIE SABBATHI.

Hoc die de gloriâ beatorum meditationem iustique , quo cor tuum , ad mundi

mundi contemptum, ac supernæ fœlicitatis ac societatis desiderium, acrius inflammas.

Hujus inæstimabilis gloriæ, ut cognitionem & gustum aliquem assequaris quinque hæc considera: Loci nimis excellentiam: Societatis jucunditatem: DEI visionem: gloriam corporam: & perfectionem bonorum omnium illuc affluentium. In loci excellentia, adverte prius magnitudinem illius obstupendam, & admiratione dignissimam. Cum enim in authoribus probatis & fide dignis legis, minimam stellarum cælo infixarum, aliquoties terram majorem esse: alias etiam terram ducenties aut trecenties magnitudine superare: oculos deinde ad cœlum attollens innumerabilem earum multitudinem in firmamento conspicis, tantum sciam inter eas vacui spaci cernis, ut multo plures quam ipsæ numero sint inter eas commode locati possint, quomodo non totus obstupescis, ac in admiratione tantæ magnitudinis, nec non ejus qui tantam molem fabricatus est, defixus, a temere ipso relictis sensibus deficiis.

Deinde considera pulchritudinem illius, quam nulla lingua potest exprimere. Etenim si Deus in hoc exilio & valle misericordum plurima stupenda venustatis & elegantiae condidit, quanti decoris & speciei locus iste censendus est, quem DEUS voluit esse ordinariam suæ gloriæ sedem? maje-
statis suæ pallatum? electorum sudorium
domicilium? & totius voluptatis & jucun-
ditatis paradisum?

Post pulchritudinem, considera nobili-
tatem habitatorum hujus loci, quorum
numerus, sanctitas, divitiae, species, om-
nem nostram imaginationem vineunt. San-
ctus Joannes tantam eorum multitudinem
esse affirmat, ut dinumerari nequeant S.
Dionysius tantam asseverat esse Angelorum
multitudinem, ut omnium rerum mate-
rialium in terris existentium, numerum
superent: quem Divus Thomas sequens
existimat, quemadmodum cœlorum mo-
les infinitis partibus terram excedit, ut
pote quæ cœli comparatione, instar pun-
cti se habet: in spiritus gloriosus numero
superare omnes res materiales, quas mun-
dus suo complexu continet. Quid cogi-
tari

tari potest mirabilius? Ceterè hoc bene pon-
deratum & examinatum, satis est ad om-
nium hominum sensus obstupefaciendos, ac
præ nimio stupore à mente alienandos.

Jam vero si quilibet beatorum spirituum,
sine comparatione speciosior est toto mun-
do visibili: quid erit hunc incomprehensi-
bilem tam formorum ac splendidorum
spirituum numerum intueri? cunctaque
illorum officia & perfectiones intelligere?
Quomodo nimirum Angeli nuncia ferant:
Archangeli ministrent: Principatus tri-
umphent: Potestates exultent: Dominati-
ones gubernent: Virtutes fulgeant:
Throni inflammant: Cherubim illumi-
nent: Seraphim amore ardeant, & om-
nes unanimi consensu DEUM laudent.

Si societas & conversatio bonorum sua-
vis est & jucunda, quantæ jucunditatis
& dulcedini erit, tantæ sanctotorum mul-
titudini sociari? Quid erit conversari cum
Apostolis? sermones conferri cum Pro-
phetis? agere cum martyribus? & om-
nium electorum convictu atque familiariti-
tate gaudere? Si gloriosum & jucundum
ducis bonis sociari, quid erit illius socie-

tate atque præsentia frui, quem laudant
astræ matutinae & cujus pulchritudinem sol
& luna mirantur & cotam quo Angeli in
genua procidunt, & cuncti spiritus coe-
lestes se prosternunt: Quid erit summum
illud bonum, quod omnia in se bona
complectitur, inueniri mundum illum
ingentem omnes in se mundos continen-
tis cernere? Quid illum, qui cum unus
sit, omnia similest: & qui cum simpli-
cissimus sit, omnium tamen rerum perfe-
ctiones in se complectitur, contemplari?
Majusne aliquid humana mens desiderare
potest? Si ranti fuit videre & audire SALO-
MONEM Regem, ut Regina Saba elong-
inquis regionibus ob sapientiam illius ex-
citata, diceret: Beati viri tui, hi qui
stant coram te semper & audiunt sapientiam
tuam? quid erit aspicere summum illum
& verum SALOMONEM & sapientiam
illam æternam? majestatem illam immen-
sam? pulchritudinem illam inestimabi-
lem? bonitatem illam infinitam? & quod
amplius est, illa æternis sæculis perfervi?
Haec est essentialis gloria sanctorum: hic
est ultimus finis, & centrum omnium no-
menorum desideriorum.

Con-

Considera præterea glo. i. m. corporum,
quæ quatuor dotibus specialibus ornabun-
tur: nimis subtilitate, agilitate, im-
passibilitate, & claritate. Quæ tanta erit,
ut quilibet electorum, Christo attestante,
sicut sol in regno Patris sui, refulsurus sit.
Si autem sol universum hunc mundum, suo
splendore lætitificat & illuminat: quid fa-
cient tot soles splendidissimi, qui illic lu-
cebunt?

Quid verò de aliis bonis ibi existenti-
bus dicam? Ibi erit sanitas sine infirmita-
te: libertas sine violentia: pulchritudo
sine deformitate: immortalitas sine cor-
ruptione: abundantia sine egestate: re-
quies sine perturbatione: securitas sine
metu: scientia sine errore: abundantia
sine mœrore: gaudium sine tristitia: ho-
nor sine contradictione. Vera ut D. Aug.
ait lib. 22. de civitate Dei c. 30, ait, Ibi gloria
erit, ubi laudantis nec errore quispiam,
nec adulatione laudabitur. Verus honor,
qui nulli negabitur digno, nulli deferetur
indigno: sed nec ad eum ambiet ullus in-
dignus, ubi nullus permitetur esse nisi
dignus. Vera pax ibi est, ubi nihil adver-

si, nec à seipso , nec ab alio , quisquam patietur. Præmium virtutis erit ipse , qui virtutem dedit, eique seipsum , quomodo melius & majus nihil possit esse , promisit. Quid est enim aliud quod per Prophetam Levi 26. dixit : *Ego illorum Deus & ipsi erunt mihi plebs*: nisi ego ero unde satientur? ego ero quæcunque ab hominibus honestè desiderantur, & vita , & pax , & honor , & omnia bona? Sic enim & illud rectè intelligitur , quod ait Apost. I. Cor. 15. Ut sit Deus in omnibus. Ipse finis erit desideriorum nostrorum , qui sine fine videbitur , sine fastidio amabitur , sine fatigatione landabitur.

Locus beatorum erit : si amplitudinem spes etiam spatiostissimus , si decorem venu-
tissimus , si splendorem lucidissimus. So-
cietas ibi erit optima & jucundissima, nul-
la ibi temporum vicissitudines , non dies
nocti , nec nox diēs succedet , sed tempus
erit semper idem ac sibi simile. Unum erit
ibi perpetuum ver , quod spiritus sanctus
flatus sui jucundissimā temperie , semper
virens florensque reddet. Ibi omnes læti-
tia exultabunt , ac dies festos agent , om-
nes

nes ibi cantum & symphonia personabunt
ac illi laudem decantabunt, cuius mun-
ificentia vivunt & regnant in omnem æter-
nitatem.

O civitas cœlestis, habitatio secura, re-
gio delieiis omnibus affluens: populus si-
ne murmutatione, cives pacifici, homi-
nes sine egestate, utinam de tua fœlici pos-
sessione aliquando gaudeam: utinam dies
exilii mei in te terminentur: Quando ade-
rit dies ista? quando ex hac mortalitate
discedam? quando veniam & apparebo
ante faciem tuam?

DIEI DOMINICÆ.

HAUC diem in considerandis divinis be-
neficiis impende, ut Deo gratias age-
re, atque illius amore, qui tam multa tibi
beneficia præstirerit, validius cor tuum suc-
cendere possis.

Quæ cum sint innumeræ, ex his quin-
que tantum primaria in meditationem as-
sumes; quæ sunt: Beneficium creationis.
Conservacionis. Redemptionis. Vocatio-
nis & beneficia denique particularia, tibi
specialiter collata. Quo ad beneficium

Creationis: diligenter examina quid ante creationem fueris, & quid Deus in ea tibi dederit, etiam cum nulla tua merita praetessisse. Aspice corpus cum omnibus membris & sensibus suis: animam etiam nobilissimam cum præceptiis virtibus & potentiis: intellectu, memoriâ & voluntate.

Recordare quod quando animam tibi dedit, omnia simul donaverit: cum nulla planè perfectio in ulla creatura reperiatur, quam homo non habeat in anima sua longè excellentiū, aut certè possit habere. Unde manifestè sequitur, quando Deus tali te munere impertiit, quod in una cumulo omnia tibi simul largitus sit.

Ad beneficium conservationis quod attinget, considera totum esse tuum à divina providentia & dispositione dependere, si ne qua ne momento quidem temporis subsistere, aut pedis passum proferre possis. Præterea ipsum universum hunc mundum atque omnia quæ in eo continentur, ad tuum suum & obsequium condidisse, maria, terram, aves, pisces, animalia, plantas, ac denique Angelicos etiam spiritus,

DE MEDITATIONE.

87

ritus, ad ministerium tuum ordinasse.
Considera sanitatem qua ueris: vires qui-
bus viges, & vitamque quâ frueris: &
hæc omnia Dei beneficia esse memento,
qui ea continuò, per quotidianam nutri-
tionem aliaque temporalia subsidia in suo
vigore conservat. Attende ad hæc misé-
rias & tribulationes, in quas reliquos
mortales quotidie labi & ruere conspicis,
a quibus nisi te divina bonitas conserva-
ret ac protegeret, æquè facile, ut cæteri
homines in eas incidere potuisse.

Quo ad beneficium Redemptionis duo
considera. Qualitatem, & quantitatem
bonorum, quæ Deus sua redēptione ti-
bi lucrificet: Deinde gravitatem & acer-
bitatem tormentorum, quæ in corpore &
anima quo bona hæc tibi conquireret, sur-
stinuit. Et ut efficacius obligationem illam
qua Domino propter illa quæ tui causa per-
culit, obligatus es, agnoscas & sentias,
circa mysteria passionis ejus, quatuor con-
sidera. Nimirum quis sit qui patitur: Quid
patiatur: pro quo patiatur: & quam ob
causam patiatur.

Qui patitur Deus est. Quid patitur ? supplicia gravissima & contumelias indig-
nissimas, quales nemo unquam hominum
in vita sustinuit.

Pro quibus? pro creaturis ingratissimis, ex-
erandis, & inferno dignissimis, qui dæ-
mone soluto ac libero in suis actionibus
perversiores sunt. Quam ob causam? Non
ob suam utilitatem aut commodum, nec
quod nos illud qualicunque ratione me-
ruisemus, sed sua diuina taxat charitate, bo-
nitate, ac clementia impulsus.

Quoad beneficium Vocationis: consi-
dera primo gratiam, quam à Deo accepi-
sti, quando te Christiana fide imbuit; at-
que inter fideles suos adscripsit, per bap-
tismatis aliorumque Sacraementorum pa-
ticipationem. Si verò post hanc primam
vocationem, tum, cum baptismalem in-
nocentiam peccando perdidisses, à pecca-
tis extraxit, in gratiæ locum restituit & in
viam salutis æternæ reduxit, quas ei gra-
tiatum actiones poteris protanto beneficio
persolvere? Quanta fuit illa pietas & cle-
mentia, quod te tot annis tam longanimi-
ter exspectavit? quod in tanta scelerum

im-

imputitate vitam transigere permisit? quod bonis & sanctis inspirationibus visitavit? quod filum perversissimæ vitæ tuæ non statim uti aliorum in eodem tecum statu existentium non præcedit? quod denique tam efficaci & potenti gratia te vocavit, ut à morte ad vitam te resuscitavet, & oculos tuos ad lumen suum intuendum aperuerit? Quanta fuit clementia illa, quod post conversionem, gratiam tibi largitus sit ad præterita flagitia amplius non reverendi, humani generis hostes superandi, atque impiis & sanctis operibus perseverandi?

Hæc sunt beneficia communia, præterea sunt & alia secretiora, atque nulli cognita, præterquam illis, qui ea receperunt. Sunt præterea quædam, eaque non pauca usque adeo secreta, ut ne illis quidem quibus ea conferuntur clara sint, sed ei tantum qui ea largitus est pateant. Quoties enim commeruisti, ut propter arrogantiæ, ingratitudinis, aut socordiæ crimen à Deo derelinquereris, quemadmodum multis minori etiam ex causa evenit, & tamen dissimulavit? Quoties Deus si ngulari sua

providentia è malis te exemit, occasiones peccandi submovit, inimici laqueos quos ad tuam perniciem extenderat, contrivit, omnesque conatus illius irritos fecit, eò quod noller permittere ut motiones illius & consilia contra te prævalerent? Quoties egit hoc circa nos quod S. Petro in Evang. dicit: LUC. 22. Ecce satanas expetivit vos ut cribraret sicut triticum: ego autem rogavi pro te ut non deficiat fides tua?

Verum quis possit secreta hæc beneficia plenè agnoscere præter DEUM? Homo potest facile beneficia majora & clariora, quæ manibus palpari possunt pervidere, at ea quæ vocantur privata, quæ non consistunt in boni operatione, sed in præservatione à malo quæ mens humana possit perfectè comprehendere? Quare æquissum ac rationi valde conveniens est, ut immortales DEO gratiarum actiones pro cunctis ejus beneficiis rependamus, atque ingenuè fateamur nos multo plura ab eo accepisse, quam ei reddere, possimus, tantamque esse obligationem, qua ei protantis beneficiis obligati sumus, ut nullis unquam officiis aut meritis ullo unquam

tempore illis satisfacere valeamus: cum ne
ipsa quidem beneficia numerare, aut in
intellectu comprehendere quisquam possit.

**DE TEMPORE ET FRUCTU HARUM
MEDITATIONUM.**

CAP. III.

EN habes (Christiane lector) septem
priores meditationes, in quibus men-
tem occupare possis qualibet hebdomada,
non ea lege ut nefas sit, si aliud aliquid his
diebus meditandum assumptis, cum uti
supra diximus, quidquid cor ad amorem
& timorem DEI, utque divinorum man-
datorum observantiam excitare potest, util-
iter in meditationem assumi possit. Nos
autem idcirco ex tanto earum numero has
potissimum selegitimur, tum quod prima-
ria fidei nostræ mysteria complectan-
tur, tum quod plus illis efficacia ac virtu-
tis insit, ad corda hominum ad amorem
& timorem DEI excitanda, tum denique ut
novitiis, qui duce opus habent, cibum
præparatum, & præmamsum offerremus,
ne in hac materia tanquam peregrini, ve-
ræ semitæ ignari, in aliena terra, in ineer-
tum.

tum per devias semitas oberrarent, nunc
hoc nunc aliud quid, sine ulla' cœcitudine
amplectentes.

Præterea meditationes istæ; ut alibi di-
ximus, illis potissimum qui se primum ad
Deum convertere incipiunt: hoc est, qui
recenter à vitæ pravitate ad Deum rever-
tuntur, convenient: Hi enim opus ha-
bent earum rerum considerationem, ex qui-
bus in animis eorum dolor & horror pec-
cati, Dei timor ac mundi contemptus,
quæ sunt veluti prima vestigia, quibus in
emendationis vitæ principio insistendum
est, excitentur. Atque hanc ob causam,
recenter ad DEUM conversi, hasce con-
siderationes aliquanto tempore continuatae
debebunt, ut alta in Dei timore atque a-
more, ac cæteris virtutibus fundamenta
jacere valeant.

**DE SEPTEM MEDITATIONIBUS A-
LIIS DOMINICÆ PASSIONIS: ET
QUOMODO DOMINICA PASSIO
MEDITANDA SIT.**

CAP. IV.

Sequuntur septem alias meditationes de
Christi passione, resurrectione, &

in cœlos ascensione, quibus aliæ de sanctissimæ vitæ illius gestis adjici poterunt.

Notandum verò est, in Christi Passione sex præcipue meditanda esse: nimirum acerbitatem dolorum ejus, ut ei compatiāmur. Peccatorum nostrorum gravitatem, quæ horum cruciatum causa fuere, ut ea detestemur. Beneficii hujus magnitudinem, ut pro illo grātias ei referamus. Excellentiam divinæ charitatis & bonitatis in ea relucentis, ut eum ferventius diligamus Mysterii convenientiam, ut ex ea in admirationem rapiamur. Et virtutum Christi quæ in illæ emicant multitudinem, ut eas partim intueamur, partim admitemur. Quare in ipsis meditationibus aliquando ex intimo cordis compatiemur Christi doloribus, qui fuerunt maximi: tum propter corporis ejus teneritudinem, tum propter amoris excessum, tum quia illos sine alicujus consolationis admissione, uti suo loco dicemus, sustinuit. Ali quando verò excitabimus in nobis dolorem de peccatis nostris, considerando nimirum, quod illa immanibus his cruciatis causam præbuerint. Nonnunquam

verò amoris in nobis ignem succendemus: ex consideratione amoris illius immensi, quem Christus in cruce declaravit, ac toti mundo patefecit. Ac illius beneficij; quod nobis in passione præstítit, quia tam ingenti cura pretio, & tam abundanter nos redemit; cuius redemptionis nos soli fructus, & commoda capimus. Quandoque contemplabimur quam convenientem Deus modum elegerit, ut nostris miseriis mederetur: hoc est ut pro nostris sceleribus satisfaceret, necessitatibus nostris subveniret, gratiæ suæ confortes ficeret, superbiā nostram deprimerebat, ad mundi contemptum, ad crucis, ad paupertatis, ad austerioritatum ad injuriarum, ac denique ad omnium aliorum laudabilium laborum amorem, ac hilarem tolerantiam induceret. Præterea non abs te fuerit, ipsa virtutum exempla, quæ in rōta Christi sanctissime acta vita & passione principalius emicuerunt inspicere, nimirum ipsius mansuetudinem, patientiam, obedientiam, misericordiam, paupertatem, charitatem, humilitatem, benignitatem, modestiam, cæterasque virtutes, quæ in

fin-

Singulis propemodum actionibus illis, non
aliter ac stellæ in firmamento reluent :
idque eo potissimum fine, ut illas, quo-
ad possumus, imitemur, otium fugia-
mus, mentemque & gratiam quam ab
illo hujus rei gratia accepimus, totam in
hoc impendamus: ut sic pro viribus quan-
tum ipse dederit, illum sequamur, atque
vestigiis illius infistamus. Hæc est optima
atque utilissima methodus, Dominicam
passionem meditandi ; videlicet ad imi-
tationem, unde transitus fratrum ad transfor-
mationem, ut quis dicere valeat cum Apo-
stolo: *Vivo autem iam non ego, vivit vero
in me Christus.* Præterea in Dominicæ
Passionis meditatione Christus nobis con-
templandus est, tanquam cum præ oculis
haberemus & præsentes quæcunque pas-
sus est intueremur: nec soli passionis hi-
storiæ inhærendum est, sed animadver-
tendæ quoque sunt aliæ circumstantiæ, no-
minatim hæ quatuor. Quis sit qui patitur:
pro quo; quomodo; & cur. Qui pati-
tur: DEUS est, omnipotens, infinitus,
immensus. Pro quo: pro maximè in-
grata, & suorum beneficiorum immemore

totius mundi creatura. Quomodo? cum profundissima humilitate, charitate, benignitate, mititate, misericordia, patientia, modestia, &c. Cū? non propter suum commodum nec nostra merita, sed propter immensam pietatem, misericordiam, bonitatem suam, & summum amorem nostri.

Denique non tantum contemplandi sunt in suppliciorum Christi meditatione, dolores illius extrinseci, sed etiam angustiae interiores: multò enim plura considerari possunt in anima Christi quam in corpore: tum propter cruciatum acerborem ibi sensum, tum propter alia effecta & considerationes in ea existentes. Præmissa hæc brevi præfatione, ad ipsorum mysteriorum Passionis Dominicæ tractationem veniamus.



MEDITATIONES ALIÆ SEP- TEM DE DOMINICA PASSIONE.

MEDITATIO DIEI LUNÆ

Hac die posteaquam signo crucis temu-
nieris, ac uti s̄æpe dictum est te
præparaveris, expendes tecum lo-
tionem pedum, ac sanctissimæ Euchari-
stiaæ Sacramenti institutionem.

Considera igitur anima mea, in hac
cœna dulcem ac benignum JESUM. Con-
templare inæstimabile illud humilitatis
exemplum quod tibi prætulit, ac imi-
tandum proposuit, dum è mensa cui assi-
debat cum discipulis surges, discipulo-
rum suorum sordidos pedes abluit. Quid
est hoc quod agis bone JESU? O dulcis
JESU, cur immensa tua majestas usque
ad eo se demittit? Quid tecum ipsa cogi-
tassem, quid mente voluisses anima mea,
si Deum ad pedes hominum procumbem-
tem, atque ante ipsum Judam prostratum

con-

conspexisses? O crudelem & immitem
hominem, non potuit tanta humilitas cor
tuum permollire? non valuit tanta benigni-
tas & dulcedo, intima tua penetrare
atque a concepto facinore te abducere?
Fierine potest, ut dulcem hunc agnum vi-
lissimo pretio vendere decreveris? Et si ita
se res habebat, quomodo hoc insigne hu-
militatis exemplum conscientiam tuam
non pupugit atque ad meliorem te mentem
adduxit? O manus candidissimæ, quo-
modo contrectare quivistis, tam fœtidos
contaminatos, & graveolentes pedes? O
manus purissimæ, non fuit vobis molestum
& grave, illos pedes qui irione ac redditio-
nem commaculauit, & sordidati fuerant
contingere atque ablueret? O ter fælices
Apostoli, non exhorruistis & contremu-
istis ad tantæ humilitatis aspectum? Petre
quid agis? Tunc sustinebis, ut summæ
majestatis Dominus tibi pedes lavet? S. Pe-
trus totus stupore, atque admiratione spe-
ctaculi hujus attonitus, cum Dominum
ante pedes suos procumbentem videret,
exclamavit. Domine tu mihi lavas pedes?
An non es tu filius Dei viventis? Nunquid

es tu mundus totius creator, cœlorum pulchritudo, paradiſus Angelorum, remedium hominum, splendor Paternæ gloriae, & fons profundissimus divinae sapientiae? Tunc igitur pedes abluis? Quomodo tu tantæ majestatis & gloriae Dominus, ad tam vile ministerium te humilias?

Considera deinde quomodo singulorum pedes, post lotionem, linteo quo se præcinxerat, extergat: simulque oculos mentis aperi: ad contuendam in his mysteriis redēptionis nostræ repræsentationem. Linteum hoc omnes pedum sordidorum maculas ita detersit & collegit, ut pedibus mundis remanentibus linteum maculatum & sordidatum fuerit.

Quid autem contaminatus homine qui in peccatis conceptus est? Et quid venuſius, quid mundus Christo Spiritus sancti operatione concepto? *Dilectus meus (ait sponsa Cant. 5.) candidus & rubicundus electus ex millibus.* Et tamen purissimus & speciosissimus hic Christus, in se omnes animarum nostrarum sordes recepit, de quibus cum nos mundasset, ipse nostris se impuritatibus (qualem in cruce

ipsum contemplatis,) commaculavit.
Adverte denique quibus verbis Salvator
noster actioni huic finem imponat.

*Exemplum, inquit, dedi vobis, ut
quemadmodum ego feci vobis, ita & vos
faciatis. Quæ verba non tantum pertinent
ad præsens factum, & humilitatis exem-
plum; sed ad omnes alias actiones totius
vitæ Christi, quæ est norma perfectissi-
ma, & absolutissima omnium virtutum
humilitatis speciatim, quæ nobis hic ad
vivum repræsentatur.*

DE SANCTISSIMÆ EUCHARISTIÆ SACRAMENTI INSTITUTIONE.

Qui de augustissimo corporis & san-
guinis Dominici mysterio aliquid
comprehendere desiderat, certò statuere
dabit, nullam esse linguam quæ amo-
rem illum JESU Christi ardentissimum
& effusissimum quo erga Ecclesiam spon-
sam suam & erga animas in gratia sua exi-
stentes, quarum unaquæque sponsa ipsius
est, flagrat, verbis exprimere possit.
Cum enim dulcissimus hic sponsus, ex
prætenti vita discedere, atque Ecclesiam
sponsam suam relinquere statuisset, ne hic

abi-

abitus, occasio ei fieret obliviscendi sponsi sui, dedit ei sanctissimum hoc Sacramentum, in pignus ac memoriale, in quo ipse praesens esset, nolens alias inter ipsam & sponsam suam arrhas, sive pignora intercedere, quam semetipsum.

Deinde sponsus quandoquidem diu à sponsa absfuturus erat, ne sponsa tanto tempore sola remanoret, voluit ei in hoc Sacramento, aliquam societatem relinquere, videlicet semetipsum, qua nullam ei meliorem & excellentiorem societatem dare poterat.

Ad hæc cum ad mortem oppetendam, pro sponsæ suæ redemptione, atque illius per preciosum sanguinem suum locupletatione, atque emundatione pergeret, nentis opibus illa fraudaretur; contulit ei in hoc Sacramento clavem, ut his thesauris ad libitum frui posset. Etenim, uti S. Chrysostomus ait: quoties ad hoc Sacramentum accedimus, toties existimare debemus nos admovere os nostrum lateri Christi, atque inde sanguinem pretiosum bibere, cuius meritis participamus.

Præterea sponsus cœlestis, à sponsa sua

tenerè diligī cupiebat, atque hanc ob-
causam mysticum hunc cibum, efficacis-
simis verbis consecratum ei reliquit, eun-
demque tantæ virtutis, ut qui dignè il-
lum suscipiunt confessim amoris ejus ja-
culis vulnerentur.

Voluit etiam, pignus aliquod certum
spontæ largiri, quo eam securam redderet;
de futuræ gloriæ certa successione, ut
spe tanti boni, laborum amaritudinem,
& præsentis vitæ acerbitatem temperaret,
atque tolerabiliorēm ei redderet. Quare
ut sponta certò crederet se aliquando bona
hæc ineffabilia obtenturam esse, contulit
ei pignoris loco inestimabilem hunc the-
saurum, qui tantum valet, quantum ea,
quæ in superna patria expectat; ne ullam
omnino dubitationem gereret, quod DE-
US seipsum ei in gloria, ubi in spiritu vi-
vet, donatus sit, qui in hac lachryma-
rum valle, ubi in carne dedit; semetip-
sum ei non denegavit.

Voluit insuper moriens condere testa-
mentum, & sponsæ suæ relinquere manna
quoddam singulare, quo infirmitatibus
eius mediceretur, donum utique tale, ut
nihil

nullum ei pretiosius, atque utilius præstare potuisset, cum divinitas, qua nihil manus ac melius, in eo revera præsens sit.

Desiderabat denique, animas nostras cibo aliquo cœlesti pascere, cum ille non minus egeant alimento suo, ut spiritualiter vivant; quam corpus, cibi corporei usus, ut corporaliter vivat. Atque idcirco sapiens hic medicus, cum pulsum fragilitatis nostræ diligenter contrectasset & examinasset, Sacramentum hoc instituit, quod sub specie panis nobis exhibuit, ut declararet, quid in nobis operetur, quod nimirum non minus necessarium sit animalibus nostris, quam panis ad nutritionem corporis.

MEDITATIO DIERI MARTIS.

Hac die considerabis orationem CHRISTI in horto, quaque in orando methodo usus fuerit: ac denique contumelias & opprobria quæ in domo Annæ sustinuit.

Considera igitur quomodo Christus, post mysticæ eænæ consummationem, cum discipulis suis, ad montem Oliveti

orationem facturus, antequam passionis
suæ curriculum ingredieretur, abierit:
quo nos instruere voluit: in omnibus ad-
versitatibus & temptationibus præsentis vi-
tae, ad orationem velut ad sacram anchora-
ram confugiendum esse: cuius virtus vel
tribulationum vim atque impetum retun-
dit, vel (quod majoris atque excellentio-
ris est gratiae,) vires sufficientes ad eas placi-
do & constanti animo sustinendas sub-
ministrat. Socios itineris sui assumit,
tres discipulos præ cæteris fibi chariores.
Sanctum Petrum, Jacobum & Joannem,
qui gloriose ipsius transfigurationis testes
atque inspectores fuerant, ut similiter
modo agoniæ suæ testes assisterent, at-
que contemplarentur illam longè diffe-
rentem figuram, quam is qui antea in tam
gloriosa ac fulgida specie se illis viden-
dum exhibuerat, nunc hominum causa
assumebat: Tum etiam ut illis apperiret,
angustias suas majores esse, quam forin-
secus apparerent. Ait igitur ad eos: (ò
verba compassionis plenissima) *Tristis est*
anima mea usque ad mortem. *Susti-*
nete hic & vigilate mecum. Tum vero

sccez

secedens à discipulis quantum est jactus
lapidis, atque in terram prostratus: sic
maxima cum reverentia atque submissio-
ne Patrem oravit. Pater si fieri potest
transeat à me calix iste. Veruntamen
non mea voluntas, sed tua fiat. Quam
orationem cum tertio repetiisset: in tan-
tam agoniam cecidit, ut guttas sanguini-
neas, quæ à pretioso illius corporé in ter-
ram copiose defluebant, sudaverit. Con-
templare Dominum in hac angustia exi-
stentem: & considera, quod partim sup-
pliciorum, quæ corpori suo præ omni-
bus hominum corporibus tenerrimo ac
delicatissimo præparabuntur, prævisio:
partim peccatorum totius mundi, pro
quibus expiandis, crucem & mortem su-
biturus erat, distincta repræsentatio: par-
tim ingratitudinis multorum, qui tanti
beneficii nullam prorsus rationem habitu-
ri, nec illum ex eo emolumentum ac-
cepturi erant, recordatio: tam profun-
dè in animam ejus descenderunt, ut eam
angustia & anxietate incredibili repleve-
rint, sensus & teneram carnem illius us-
queadco turbaverint, ut omnibus viribus

& elementis corporis prorsus convulsis &
labefactatis, pori unde quaque aperti san-
guinem exsudaverint. Quod si caro,
quæ propriè non sustinebat hos dolores,
sed tantum per simplicem quandam ima-
ginationem, tam male affecta fuit, quid
putandum est animam, ad quam hi dol-
ores propriè pertinebant, sensisse?

Oratione completa, simulatus ille Christi amicus proditor Judas, tartarea cohorte stipatus adfuit: ille nimitem qui propriea Apostolatui renunciaverat, ut dux & caput esset factionis turbæ Sathanicæ. Aspice illum in fronte totius multitudinis impudenter gradientem, & ad optimum magistrum suum accedentem, ut eum quem ante vendiderat, osculo pacis & amicitiae signo, manibus hostium tra-deret. In illa hora dixit Jesus turbis, qui ad eum comprehendendum venerant. Tanquam ad latronem existis, cum gla- diis & fustibus comprehendere me? Quo- sidie apud eos sedebam docens in templo, & non me tenuistis. Sed hac est hora ve-stra & potestas tenebrarum.

Mysterium hoc admiratione dignum
est.

est. Quid enim magis mirabile & obstusum, quam cernere unigenitum DEI filium, non modo in forma hominis peccatoris, sed etiam in forma condemnati? Hac est, inquit, hora vestra & potestas tenebrarum. Ex illis verbis, cum ait. *Hoc est hora vestra & potestas tenebrarum,* colligitur innocentissimum hunc agnum. Vnde principium tenebrarum immanitatem & truculentiam diabolicam, reliquum fuisse, qui per ministros & satellites suos, omnem feritatem & rabiem quam concipere potuerunt, in illum effuderunt. Considera modo, quantum se tua causa, summa Dei majestas humiliaverit, dum se in eo quod Dæmonum potestari traditus fuit, ad extrema quæque malorum omnium demisit. Quod profecto supplicium non ei qui ab omni culpa immunis erat, sed tuis sceleribus debebatur, sed ille sponte hoc ipsum subire, atque in se suscipere voluit, ut tu à Diaboli potestate liberareris.

Vix hæc verba efficiuntur fuerat, cum totus ille luporum famelcorum & prædæ inhiantium gressus in agnum hunc dulcem & mansuetum irruit, & quisque pro viri-

bus trahit, lacerat, affigit, & quanta
maxima potest crudelitate in ipsum uitio.
O barbaram & inhumanam comprehen-
sionem? o feroces & inianes iactus, con-
tumelias, raptationes, quibus eum crū-
ciebant? Vociferabantur horrendum in-
nudum, non aliter ac victore
quando profligatis hostibus, iphiis onu-
stiredeunt: aut venatores, quando capta
piæda revertuntur. Manus illa quæ paulò
ante mirandæ opera ediderunt, crassis fu-
nibus tam immaniter vincierunt, ut etiam
cutem abraferint, ac manus sanguine cru-
entaverint. Atque ita vinculis constrictum,
per publicas plateas urbis Hierosolymita-
næ, non sine multis contumeliis & ver-
beribus raptarunt. Intuere istum in hoc iti-
nere solum gradientem, ab omnibus disci-
pulis derelictum, & ingenti hostium
multitudine circumdatum, atque ita pro-
perare compulsum, ut præ aethelitus an-
gustia penè deficeret color prossus immu-
taretur, facies rubesceret, atque corpus
totum ob itineris laborem & acceleratio-
nem omnino exhauriatur & defatiga-
retur.

Con-

DE MEDITATIONE 105

Contemplare nihilominus præterea
(licet tam immaniter ac barbarè, à san-
guinaria illa turba habitus & tractatus fu-
isset,) in vultu Christi eximiam dulcedi-
nem ac benignitatem, in oculis venustissi-
mam gravitatem, in moribus divinam
quandam gratiam, quam ne omnia qui-
dem totius mundi crudelissima tormenta,
non dico delere, sed ne obscurare quidem
potuissent. Posthæc gradere cum Christo
Domino ad Annæ Pontificis domum, ut
ibi videoas, quid illi gratiæ pro mansueta
illa responſione, quam Summo Pontifici
de doctrina & discipulis suis interroganti
redidit, referatur, nempe quod unus
ex satellitibus insignem ei ferrea manu ala-
pam impingat, dicens. *Sicci ne respondes*
Pontifici? Cui Christus respondit: *Ioan.*
18. Si male locutus sum testimonium per-
hibe de malo: Si autem bene quid me ea-
dis? Contemplate hic anima mea, non
modò suavem hanc responſionem, sed
etiam signa hujus alapæ, Christi maxillis
impressæ, & vultum ipsius æquè serenum,
& tranquillum, nec quicquam ex tantæ
coartimeliæ verecundia turbatum: eo

Es

quod

quod intrinsecus ita humiliter ac demissè
descipso sentiret, ut etiam alteram maxil-
lam, si terror eam postulasset, sine mora
præbiturus fuisset.

MEDITATIO DIEI MERCURII.

Hodie considerabis, quomodo Christus Dominus noster Cayphæ Pontifici oblatus fuerit, ac quæ ibi tormenta tota nocte sustinuerit: quomodo S. Petrus illum negaverit; quamque postea immaniter flagris cæsus sit.

Considera igitur primum, quomodo Christus ex domo Annæ in domum Cayphæ ductus fuerit. Quo dignum est, ut illum suntem assecheris, illic enim cernes ingentem solis justitiæ Eclipsim. Illic conspicies divinam illam faciem in quam desiderant Angeli prospicere, fœdis Iudæorum sputis deformari. Cum enim Salvator in medio illorum consistens, a summo Pontifice per nomen Patris sui adiutatus fuisset, ut quisnam esset ediceret: Et ille quemadmodum oportuerat respondisse, illi qui tam præclara responsione indigni erant, a splendore immensi hu-

lus luminis excæcati, tanquam canes rabi-
di in eum irruerunt, atque totum su-
x malitiz fel in ipsum evomerunt. Certa-
tim igitur cœperunt ei alapas infringere,
verberibus eum afficere, pedibus calcari-
busque proterere ac conculcare, divinam
illius faciem consputare, & fœdis eximo-
pectoris haustis excreationibus, ac narium
muco defarpare. Alii vero, oculos ejus
sordido linteo obvelare, alapis faciem cæ-
dere, ac demum per ludibrium urgere,
ut quis eum percussisset, divinaret. O
inauditam, & verè admirandam unige-
niti Dei filii humilitatem & patientiam.
O faciem, quam Angeli incredibili cum
voluptate in cœlis contemplantur, fœdis
computationibus & sordibus obsitam.

Homines quando expuunt, ad locum
aliquem immundum & ab hominum af-
pectu remorum se convertunt, in hoc au-
tem palatio nullus contemptibilior locus
inventus est, in quem spura sua congeren-
tent, quam divina Christi facies. O ho-
mo pulvis & cinis, tanto exemplo, quo-
modo ad tui contemprum & humiliatio-
nem non excitaris?

Considera deinde, cruciatus & tormenta quæ Salvator noster tota illa nocte sustinuit, cum satellites qui eum custodiebant, miris illum modis, somni ab oculis excutiendi causa, affligerent, supremamque Dei majestatem ludibrio haberent, & indignis contumeliis afficerent.

Expende tecum anima mea, spousum tuum nunc factum esse metam sive scopum, suscipientem in se omnia jacula contumeliarum & tormentorum, quæ à Judæis in eum dirigebantur. O noctem crudelē, noctem inquietam: in qua tu, ô bone Iesu, non magis somnum capere potuisti, quam illi qui voluptatem suam hauriebant, ex injuriis & contumeliis quas tibi irrogabant. Nox creaturarum omnium quieti destinata est, ut sensus & membra, totius diei labore fatigata, aliquam tunc requiem capiant, ad satellites eam in suis membris & sensibus torquendis & excruciadis consumpsérunt: dum corpus tuum immaniter cæderent: animam affligerent, manus ac pedes duris vinculis constringerent, faciem alapis ex-

de-

derent, vultum conspuerent, oculos ob-
velarent, ut sic omnia membra & sensus
tuos, tum quando quiescere debuissent,
excarnificarent.

O quam discrepant hæ matutinæ ab illis,
quas eodem tempore Angelorum chorus in
cœlis tibi decantabant. Illi clamabant San-
ctus, Sanctus: Judæi verò vociteraban-
tur. Reus est mortis: Crucifige, Crucifige
illum. O Spiritus Angelici qui voces utro-
rumque percipiebatis, quæ vobis mens,
quis sensus, cum cerneretis inhumanita-
tem atque immanitatem illam, qua cum
ille tractabatur in terris, quem vos super-
nè, maxima cum reverentia & submissio-
ne adoratis in cœlis? Quid verò, cùm
animadverteretis, illum omnia hæc, pro
ipsorum, qui has illi contumelias & sup-
plicia irrogabant, sceleribus expiandis
perpeti? Quis unquam tam effusam au-
divit alicujus charitatem, ut eam ob cau-
sam motem subeat, quo sua morte per-
emptoris sui, ægritudinibus & vulneribus
mederetur?

Auxit non parum CHRISTI SALVA-
TORIS angustias, & luctuosæ hujus no-

Etis consumelias SANCTI PETRI APO-
STOLI lapsus: quod nimicum is qui pra-
e ceteris illi fuerat amicior atque intimior,
quem ad gloriosam transfigurationem su-
am contemplandam elegerat, cui Eccle-
siæ Primatum detulerat, quem Apostolo-
rum caput ac principem constituerat, se in
suo conspectu atque præsentia neget, non
semel, sed tertio, additis etiam blasphe-
miis & juramentis, quibus se ne hominem
quidem illum nosse confirmabat. Siccine
Petræ, videbatur tibi homo iste tam sce-
leratus ac improbus, ut magno tibi de-
decori futurum putares, si te illum vel nos-
se confiteris? Non animadvertis, quod
hac ratione tu in eum damnationis senten-
tiæ feras, priusquam à summis Ponti-
ficibus condemnetur, dum videlicet illum
talem esse censes, ut dignus minimè sit cu-
jus tu notitiam habeas? Nunquid majorem
Christo contumeliam irrogare poteras?

Christus igitur dolens de trina Petri ne-
gatione, convertit se, oculosque in Pe-
trum conjecit, ut apostolu suo ovem ex-
rantem ad viam reducet. O admiranda
virtutis intuitum. O aspectus secundum qui-
dem,

DE MEDITATIONE.

III

dem, sed plurima significantem. S. Petrus quid sibi aspectus hic vellet, quæque vis ejus & significatio foret probè intelligebat: cantus galli parum ad ejus compunctionem & conversionem profuissent, nisi Christi Salvatoris aspectus, accessisset, cujus oculi alloquebantur & opera bantur in eo valde stupendam illam mutationem: cujus fidem faciebant, non modo lachrymæ quæ ab oculis S. Petri ubertim defluixerunt, sed etiam quas Salvator profudit.

Post omnes hasce injurias, considera quid Christus pertulerit, quando flagellandus, ad columnam ligatus est. Judget enim cum se monstrorum illorum infernarium furorem explere non posse cerneret, consultum putavit, curare ut virginis & flagellis acerrimè cæderetur, & toto corpore laceraretur, sperans se hac ratione obstinata Judæorum corda emollikiturum atque effecturum, de illius quem ita consciuum & deformatum cernerent, mortem ultra crudelē flagitarent.

Incedere nunc anima mea, in spiritu prætorium Pilati, & lachrymas in promptu habe, istis enim, si diligenter ea quæ
sibi

ibi aguntur contemplatus fueris, opus tibi
erit.

Aspice quam inhumaniter abjecti atque
infames illi tortores, Salvatorem vesti-
mentis suis spolient. Adverte Christi hu-
militatem, qua cum se nudari patitur,
non aperiens os suum, nec vel verbulum
ullum proferens, adversus omnes inju-
rias & contumelias quibus eum divexabant
maxima est usus. Vide ut sanctissimum
corpus illius ad columnam pluribus vin-
culis ligent, ut ad libitum, quomodo &
quantum vellent flagris in illud deservire
possint.

Considera Dominum Angelorum solum
consistere in medio crudelissimorum carni-
ficium, sine ulla Advocatis & Procurato-
ribus, qui causam ejus agerent, imo sine
ullo professo homine, qui vel a longe sup-
pliciorum ipsius acerbitate inspiciens, ei
comptateret. An non auditu percipis
sonitum virgarum & flagellarum, quibus
certatim delicatissimam CHRISTI carnem
onerabant, lacerabant, atque consinde-
bant, superaddentes ictum ictui, livorem
livori, vulnus vulneri? An non cernis,

San-

sanc*tissimum* corpus ipsius totum in bre*vissimo* temporis momento ex flagellant*ium* immanitate, uno quasi ulcere ope*riri*, pellem cum carnibus abstrahi? san*guinem* undequaque ex toto corpore, à vertice ad podes usque defluere? An non præ cæteris omnibus plagis, horrendum visu tibi est ingens vulnus illud, quod eo in loco, qui inter utrumque humerum interjectus est, quem spinam dorsi appellant, acceperat, eo quod flagelloru*m* vis tota in eam ferè partem incidisset?

Considera quomodo Christus mundi servator, post tam effera*m* tortorum barbarie*m*, per universum prætorium ita flagris totæ corpore laniatus quasi, & consi*ssus* obambulet, vestimenta sua hinc inde sparsa querens & colligens, nec quenquam reperi*at* (ut pote inter im*missimos* tortores constitutus,) qui aliquam ei humanitatem præstet, qui vulnera ab*luat*, extergat, obliget, & consuetum in hujusmodi plagis remedium ei impendat; nec etiam qui vel in vestibus induendis manum, pro ipso iuvando, admoveat. Singula haec digna sunt, quæ diligenter

&

& attente ruminentur & expendantur,
ut major inde compassionis affectus in cor-
de suscitetur.

MEDITATIO DIEI JOVIS.

Hodie meditanda est Christi coronatio
spinea, illius cotam universo populo
præsentatio, condemnatio, ad supplicii
locum eductio, atque crucis bajulatio.
Sponsa in Canticis ad acerba hæc tormenta
consideranda nos invitat, quando Cant.
3. ait. *Egredimini filie Sion, & videte re-*
gem Salomonem in diademate, quo coro-
navit eum mater sua, in die desponsatio-
nis ejus, & in die latitiae cordis ejus. Ani-
ma mea quid agis? Cor meum quid cogi-
tas? Lingua mea cur obmutescis? O dul-
eissime Servator quando oculos meos ape-
rio, & luctuosum hoc spectaculum quod
ante oculos mentis meæ obversatur con-
templor, cor mihi præ dolore scinditur.
Quid est hoc Domine? An non sufficie-
bant ad hominis redemptionem cruciatus
præteriti, mors imminens, atque san-
guis haec tenus ubertim profusus, nisi etiam
spinis acutissimis insigai cum violentia

San-

sanguis pretiosissimi capit is tui, cui flagella peperc erant, foras proliceretur & effenderetur?

Ut anima mea triste hoc spectaculum melius & perfectius sentias, propone tibi ante oculos primam Servatoris tui speciem atque postea è contrario illam in hoc tam tristi statu contemplate. Priorem speciem si titè intuitus fueris, contemplaberis in eo admirandam faciei pulchritudinem, oculorum singularem gratiam & venustatem, verborum mirabilem suavitatem, morum eximiam modestiam & facilitatem, gratissimam humilitatem & venerandam in toto corporis gestu, & habitu speciem atque majestatem. Deinde posteaquam ex perfectissimi hujus exemplaris intuitu magnam jucunditatem animo acceperis, iterum oculos tuos ad ipsum converte, atque contemplare illum in miserando illo statu in quo nunc constitutus est: vestitum videlicet ludicra purpura, gestantem manu arundinem regii sceptri vice, corona ex acutissimis juncis marinis contexta, regii diadematis loco coronatum: oculis caligancibus, facie pallida & præmortua,

vultus

vultu sanguine & fœdis Judæorum sputis
prosum opplerō , ac deturpato : contem-
plare illum diligenter intus & foris : cor
doloribus ac mœrotibus confectum , cor-
pus vulneribus ac verberibus excarnifica-
tum , à discipulis derelictum , à Judæis ad
mortem expetitum , à militibus illusum ,
à principibus sacerdotum despectui habi-
tum , tanquam Regem iniquum & falso
hunc sibi titulum arrogantem rejectum , in-
justè accusatum , & omni humano auxilio
destitutum .

Ne vero considera hæc , tanquam du-
dum & ante multa sacula gesta , sed ima-
ginare tibi tanquam præsentia sint , & co-
ram oculis tuis gerantur : nec tanquam al-
terius dolores , seduti tuos tibi inflictos .
Stare et remet ipsum in illius locum , qui hæc
patitur , & cum conjecturam facito , quan-
tos dolores & cruciatus peflatus essem ,
si caput tuum pluribus spinis aculeatissimis
usque ad ipsa ossa & cerebri medullam per-
foraretur : sed quid dico spinis ? cum ne-
quidem si acu pungereris , id sustinere
posses . Quansus ergo fuit dolor iste quem
delicatissimum hoc caput sensit , ex novo
& inaudito hoc supplicio ?

Coronatione Salvatoris cum aliis multis ludibriis & illusionibus consummata, Judex illum ita coronatum ante totius populi conspectum produxit, dicens: ECCE HOMO Quasi diceret. Si mortem hominis hujus sit igitur, ecce à morte vix latum unguem dividitur, imo ad eum statum redactus est, ut magis commiserationem quam inviciam vestram mereatur. Si formidatis illum se Regem facturum esse. Ecce ita deformatus est, ut vix hominis speciem retineat. Nunquid ab his manibus, tam arctè colligatis, vim aliquam meruitis? Nunquid ab homine in tam lamentabilem statum conjecto, ac toto corpore miserandum in modum conciso ac labefactato, aliquod malum pertimescitis?

Considera anima mea, quali in statu fuerit tum Salvator tuus, cum etiam Judex ipse putaret se hostes illius ferocissimos, solo ipsius aspectu ad commiserationem permoturum, & ad collachrymandum excitaturum esse. Ex quo collige, quam sit miserum cernere Christianum aliquem ita duri ac ferrei pectoris, ut CHRISTI suppliciis ac passionibus non
com⁹

compatiatur, cum talia illis tormenta fuerint, ut ipse Judex ea sufficere putaverit, ad hostium animos expugnandos & emolliendos. Pilatus vero cum ne haec quidem immania tormenta, quibus mitissimum hunc Agnum, Judæorum furoris temperandi causa, affici curaverat, quidquam ad ferociam illorum mitigandam, prodeesse cerneret, ingressus prætoriū, sedit pro tribunali, ut definitivam in CHRISTUM ficeret sententiam. Crucem erat ante fores præparata, & funeris illud vexillum quod capiti Salvatoris exitium minabatur, expansum. Itaque crudeli hac sententia pronunciata, supplicia suppliciis accumlantes, teneris & laceratis & convulsis ipsius humeris, gravissimam crucem ad supplicii usque locum subajulandam, imposuerunt.

At mitissimus Dominus illam non modo non rejicit, sed etiam eandem cum omnibus peccatis nostris, ex immenso erga nos amore, atque incredibili charitate, volens ac libens exigente ita obedientia patris amplexatus est. Nunc innocens Isaac debilibus humeris immane

scuicis pondus gestans, ad locum sacrificii foras egreditur. Simplex autem populus ac piæ mulieres sequebantur illum lachrymantem. **Quis enim** lachrymas continentre valuerit, cernens Regem & Dominum Angelorum pedetentim maximo cum tormento procedentem genibus trementibus, corpore incurvato, oculis caligintibus, facie sanguinolenta, spineo certe coronatum, atque à vociferationibus, clamoribus, ac tubarum sonitu, quibus omnia quæ circa illum erant perstrepebant, penè surdum effectum?

Relinque paulisper anima mea, horrendum hoc spectaculum, & veloci cursu & cum crebris singultibus & suspiriis, oculis madentibus, facie lachrymis perfusa perge ad beatissimæ Virginis ædes, & posteaquam illuc perveneris voce lachrymabili illam hoc pacto alloquere. O Domina Angelorum, Regina cœli, porta Paradisi, advocata mundi, asylum peccatorum, salus justorum, lætitia sanctorum, virtutis magistra, speculum puritatis, symbolum castitatis, exemplum patientie, & totius perfectionis norma. O

me miserum & infelicem, Domina, quid
huc usque oculis fidei aspexi? Quomodo
fieri potuit, ut illis quæ ante oculos meos
gesta sunt inspectis, adhuc in vita super-
stes manere potuerim? Singultus verba
mea interruptentes, aliud me dicere
non sinunt: quam quod unigenitum fi-
lium tuum Dominum meum, in mani-
bus hostium dereliquerim, cruce gravis-
sima, cui eum statim affixuri sunt, one-
ratum, atque illam ad locum suppli-
ei deferentem. Quæ mens humana, quod
cor, quis animus comprehendere queat
dolorem illuin quem tum Beatissima Virgo
Maria persensit? Cor illius defecit, &
faciem illius, atque totum corpus morta-
lis sudor invasit, & mors utique statim se-
cuta fuisset, nisi divina dispensatione ad
meliora & fœliciora tempora, pro majori
suo merito & excellentiori remuneratione
conservata extitisset.

Beata igitur Virgo mox surgens in viam
so dat, & filii vestigia insequitur: ingens,
enim illud desiderium, quo filium suum
videre cupiebat vires ei reddiderat, quas
dolor abstulerat. Percipit à longè armo-
rum strepitum, populi tumultum, &

tubarum circumquaque Christi supplicium publicantium, sonitum. Cernit posthac lancearum atque bipennium splendorem: invia reperit filii sui vestigia sanguinolenta: guttas etiam sanguinis hic inde parsas, quæ aperte satis demonstrabant, quam ille viam tenuisset, adeò ut nullo nec viæ duce, nec incitatore egeret. Posteaquam verò acceleratis gressibus filio suo appropinquavit, oculos suos jam præ dolore ac nimis lacrymis lividos, ac mortis tenebris obscuros, aperuit, ut eum quem anima sua cariorem habebat, intueretur.

O quod tum certamen ex amore & timore in corde B. V. Mariæ extitit? Vehe- menter quidem desiderabat filium suum conspicere, sed ex altera parte oculos suos in eum propter nimis miserandam & lamentabilem illius speciem, intendere non audebat. Tandem verò cum ad filium proximus accessisset, duo illa cœlestia lu- minaria se mutuò conflexerunt, atque oculorum radiis invicem corda sua penetra- runt, atque transfixerunt, cum linguæ illorum prævi doloris prorsus obmutuis-

sent : sed cor matri filio loquebatur , & vicissim cor filii his eam verbis compellabat . Cui huc venisti columba mea , dilecta , & suavis mater mea ? Dolor tuus supplicia mea innovat , & cruciatus mei animum tuum cruciant .

Revertere mater mea , revertere in domum tuam , quia honori tuo & virginæ puritati non convenit hæc latronum atque homicidatum impura societas . Hæc atque similia in mortuis cordibus suis sibi invicem loquebantur , toto itinere quo usque ad supplicij locum ventum esset .

MEDITATIO DIEI VENERIS.

Hac die contemplandum erit Crucis mysterium , & septem verba quæ Christus in cruce protulit . Expergiscere igitur anima mea , & considera insigne S. Crucis mysterium , quæ nimirum fructum satisfactionis attulit , quo restauratum est damnum illud , quod ex arbore vitæ universum genus humanum acceperat .

Considera ; quomodo Christo Salvatorum vix ad Calvariae montem pervenisset , (quo mortem ipsius eò magis ignomi-

ni-

miniosam redderent,) immannissimi tor-
tores ejus, vestimenta omnia præter tuni-
cam, quæ erat inconsutilis, detraxerint :
Aspice quam placido animo innocens hic
Agnus vestimentis se spoliari patiatur : nec
aperiat ossuum, aut vel unicum verbum
proferat, ob tam barbaram & inhu-
manam tractationem. Perpatiebatur hæc li-
bens volensque, atque omnino cum in-
genti verecundia nudari cupiebat, ut nos
melius aliquot tegumentum ad nuditatem
peccatorum nostrorum contegendum ac-
cipieremus, quam illudque primus hu-
mani generis parens Adamus, quod ex fi-
ciuum foliis contextum fuit, nuditatem
corporis sui obtexit.

Putant Doctores aliqui, ut Christo tu-
nica inconsutilis exueretur, fuisse illa sa-
tellitibus, immani cum furore ac tormento
coronam spineam e capite evulsam, &
statim post despoliationem, denud ean-
dem illi infixam fuisse, quo factum est ut
spinarum aculei novis, cum immenso cru-
ciatu, vulneribus & puncturis, capit ejus
sanctissimum laucent. Et certe admo-
dum verisimile est, illos qui toto passionis

tempore nulla in re ipsi pepercerant, sed acerbissimis quibusque quotquot excogitare potuerant suppliciis in eum desævierant, hac in eum crudelitate usos fuisse, præsertim cum S. Evangelista dicat, quod fecerunt in eum quæcunque voluerunt, Tunica hæc cum sacri corporis ejus vulnibus ob concretum sanguinem ita erat conglutinata, & pelli ejus tam fortiter adhærebat, ut cum batbati illi satellites eam ingenti cum violentia & crudelitate extraherent, omnia Christi vulnera renovaverint, plurimasque carnis particulas, & totam ferè pellem simul abstraxerint, ita ut Christi corpus sanctissimum, omni ex parte vulneratum, excoriatum, & sanguinolentum esset, nec aliam a capite ad pedes usque speciem haberet, quam si unicum atque continuum vulnus foret.

Considera hic anima mea, immensam Dei bonitatem & misericordiam, quæ in his tormentis clarissime elucet. Aspice ut quis cœlum nubibus operit, & campos floribus, & jucunda viriditate vestit, & liberaliter omni creaturæ oportenta corporis clargitur, hic toto corpore nudus

astet.

astet. Expende quale pretiosum hoc corpus ita vulneratum & nudum frigus sustinuerit, cum non modò vestibus despoliatum fuerit, sed ne pellem quidem integrum habuerit, nec vulnera illius obligata, sed aperta & omnibus aëris iuriis exposita forent. Si S. Petrus vestimentis satis probè munitus, præteritæ noctis frigus à se depellere non potuit: quantum frigus sustinuisse putandum est, corpus illud de icatissimum, prorsus nudum & undequaque saucium?

Considera deinde, quomodo Chr̄stus cruci affixus fuerit, quantumque dolorem pertulerit, cum crassi clavi, per corporis tenerrimi, partes maximè tensibiles, adigerentur. Expende tecum B. Virginem MARIAM, quæ hæc oculis suis usurpabat, & malleorum ictus qui sæpius in transadigendis per filii manus ac pedes clavis iterabantur, auditu percipiebat, non fuisse insensibilem, sed simul cum filii manibus ac pedibus, cor beatissimæ matris transfixum fuisse: Posteaquam Christus cruci affixus foret, extemplo eam erexerunt atque in scrobem ad hoc præ-

paratam immiserunt: Aspice igitur ut car-
nifex ac tortores Christi, malitia stimu-
lati, cruce in altum sublata, illam ingenti
cum strepitu ac sonitu in scrobem cadere
permiserint, adeoque patratissimum Christi
corpus è clavis firmiter dependens, hor-
rendum in modum concusserint, ac vul-
nera ejus intolerabili cum cruciatu, am-
plificaverint.

Potestne Salvator ac Redemptor mihi
cor aliquod ita durum ac ferreum reperiri
quod ad tale spectaculum non emollia-
tur, cum & ipsi lapides ex suppliciorum
quæ tu in cruce sustinuisti sensu, scissi fue-
rint? Circumdebet te Domine dolores mortis: procellæ & fluctus maris cir-
cumvallatunt te. Intraverunt aquæ usque
ad animam tuam, usque ad profundum
abyssi descendisti, nec invenis locum ubi
vel pedem figere possis. Cum enim Pater
celestis te dereliquerit, quid Domine ab
nominibus expectare potes? Hostes tui
ociferantur contra te: amici tui cor tuum
fauciant: anima tua mortua & afflicta est;
nec est qui consoletur eam: quis sollet?

Ex suppliciorum tuorum immanitate at-
que

que satisfactionis, quam pro peccatis meis pendis, magnitudine, scelern meorum gravitatem, quæ tibi horum tormentorum causa sunt agnosco.

Intueor te Rex meus ligno affixum: corpus tuum duobus ferreis clavis appetum: carnem tuam pretiosam sine aliquo refra-
gio extensam. Si pedibus totius corporis
pondus sustineat, & aliquod ei relevamen
ad terre vis, pedum vulnera supra modum
amplificas. Si verò manibus totum pon-
dus relinquis, oneris magnitudo vulnera
manuum tuarum in immensum dilatat.
Sed nec caput tuum pretiosissimum ullam
requiem invenit, cum nullum aliud cer-
vical habeat quam coronam spineam.

O Virgo sanctissima quam libens vo-
lensque tu brachiis tuis ei cervicalis offi-
cium impendilles, sed hoc tibi nequaquam,
sed crucis duntaxat brachiis permisum fu-
it. In quibus si divinissimum hoc caput
paululum refrigerii alicujus captandi causa
requiescere voluisse, loco refrigeri, spi-
nas altius in caput insingebat.

Fili dolores ex matri præsentia, ingens augmentum sumperunt, & non mi-

bis ferociter animam Christi cruci affixerunt, quam forinsecus corpus affixum erat.

Sanctissime JESU, tu una die duplicitem crucem perfecisti: unam corporis, alteram animae; unam passionis; una corpus tu ansfigit clavis ferreis, altera animam transadigit clavis doloris. Quis o bone JESU exprimere valeat, quae tu passus sis, cum cerneret angustias sanctissimae matris tuae, cuius animam certe sciebas tecum cruci affixam esse; cum intuereris cor illum modestissimum, doloris gladio transfossum: cum oculis tuis sanguinolentis contemplareris formosissimam illam faciem, pallidam & moribundam similem: atque suspiria animae illius plusquam mortuæ, eoque quod mori non posset exaudires: inspiceres etiam lachrymas ex purissimis fontibus oculorum ejus copiose defluentes: cum denique gemitus illius aures tuas ferirent, & modestas coram te querimonia, de dolore hoc intolerabili, depoñerent.

Considera deinde septem verba quæ Christus in cruce portulit: Ad patiem dixit, Pater ignosce illis quia nesciunt quid

faciunt. Latroni ait. *Hodie mecum eris in
Paradiso.* Ad matrem inquit. *Mulier
ecce filius tuus.* Et ad populum. *Sitio.* Deo
iterum. *Deus meus, Deus meus ut quid
dereliquisti me.* *Consummatum est.* In ma-
nus tuas commendō spiritum meum.

Expende recūta anima mea, quanta
cum charitate apud Patrem, p̄t tortori-
bus & inimicis suis intercesserit. Quan-
ta cum pietate atque clementia, latronem
se confidentem, suscepit: Quanto cum
affectu matrem dilecti discipuli sui tutelæ
commiserit. Quando cum ardore se ho-
minum salutem vehementer fitire testatus
sit. Quali cum clamore orationem suam
intonauerit, atque tribulationis suæ maga-
nitudinem divinæ majestati declaraverit.
Quam perfectè obedientiam à Patre sibi
inunctam, adimpleyerit. Quomodo, de-
nique in benedictas Patri manus animam
suam commendaverit.

In quorum verborum unoquoque sin-
gularem poteris advertere v̄stutis alicujus
instructionem. In primo docet nos inimi-
corum dilectionem; in secundo misericor-
diam erga peccatores: in tertio pietatem

erga parentes: in quarto, sitiendam esse proximorum salutem: in quinto, cum tribulationibus premimur, & a Deo derelicti esse videmur ad preces confugendum esse; in sexto, virtutem obedientiae ac perseverantiae: in septimo, perfectam in Dei manus resignationem, quae est totius perfectionis nostra summa.

MEDITATIO DIEI SABBATHI.

Hoc die meditanda est, Lanceæ in corpore Salvatoris adactio: Christi de cruce depositio, mulierum lamenta: & cetera quæ circa illius sepulturam gesta fuere.

Considera primum, quomodo post Christi Domini nostri in cruce spiritus emissionem, hostes illius magnum quidem despiciens morte gaudium cuperint, sed ~~adhuc~~ ferociam suam & rabiem in Christum nondum deposuerint, nec expleverint, cum cuperent in sanctum illius corpus exangue & inanimatum adhuc desævire, & in mortuo se ulcisci, itaque vestimenta illius forte divisorunt, & latus ejus pretiosissimum lancea transfixerunt, O immanes tortores. O corda adamantina, Nunquid usque adeo

adeo parvipendit is illa tormenta, quæ corpus hoc ante mortem sustinuit, ut ne mortuo quidem parcendum illi judicet s? Nunquid inimicitas ita saevias reperire licet, quæ saeviant etiam in mortuos? Attollite paulisper oculos vestros ferocissimos, & contemplamini faciem illam emortuam: oculos illos eversos: caput illud inclinatum, & totum illud corpus cinereo, hoc est mortifero colore perfusum, & quamvis pectora adamante duriora, ac ea quæ estis feritate ferociora geratis hic vos aspergus emolliet.

Ecce advolat Centurio, qui magna vi lanceam in nudum Domini pectus vibrat, quo ictu tota crux contremuit, & latus ipsum, sanguinem & aquam protius mundi peccatis abolendis, profudit. O stuvius Paradisi ad irrigandam universam terram egrediens. O pretiosissimum lateris vulnus quod tibi positus cauterium amoris, tui erga homines, quam lancea hostilis ferrum inflixit. O porta cœli, fenestra paradisi, locus requiei, turris fortitudinis, sanctuarium justorum, nidus candidarum columbarum, sepultura peregrinorum,

floridus sponsæ Salomonis lectulus. Salve
sacri lateris vñlus, quod corda devota
saucias. Salve apertura, quæ justorum
animas vulneras. Salve rosa incredibilis
venustatis. Salve pyrope inæstimabilis va-
loris. Salve ostium per quod patet ingre-
sus ad cor Christi, argumentum illius er-
ganos amoris, & pignu aeternæ fælicita-
tis ac beatitudinis.

Considera quomodo eodem die sub ve-
speram, venerint Joseph & Nicodemus,
qui scalis ad crucem admotis, corpus Sal-
vatoris nostri solverunt & deposuerunt. At
B. Virgo MARIA postquam omnibus sup-
pliciis consummatis percepit filii sui cor-
pus de cruce deponi, & ad sepulturam
præparari, suscepit illud cum de cruce de-
mitteretur, inter brachia sua, rogans hu-
militer sanctam illic congregatain societa-
tem, ut pateretur se ad filii corpus acce-
dere, atque ultima oscula & amplexus qui-
bus eam crux privaverat, illi dare atque ab
illo recipere. Quod ei negare non potue-
runt: si enim amici ejus, filio mortuo il-
lam privassent, quem hostes vivum ei eri-
puerant, animi ejus angustias conduplica-
sissent.

Cum

Cùm autem Beata Virgo filium comple-
teretur, quos tum dolores, quas dete-
tiones cor ejus sustinuisse centendum est?
Angeli pacis plorate: cum sanctissima hac
virgine, plorate cœli, plorate stellæ, plo-
rate omnes mundi creaturæ. Beata virgo
laceratum filii corpus complexa, sinu suo
illud arctissimè stringebat, (ad hoc enim
duntaxat vires ei supererant, quos amorsub-
ministrabat,) & faciem suam in spinatum
medium immittebat, ut filium osculare-
tur, & os ori jungeret, ex quo factum est,
ut faciem suam in spinis & vulneribus filii
quas uberrimis lachrymis abluebat, egre-
giè cruen averit. O dulcis mater, hiccine
est filius tuus dulcissimus? Hiccine est quem
magna cum gloria concepisti, & ingenti
cum lætitie peperisti? Quo nunc consola-
tiones tuæ atq; quæ, quo gaudia, quo vo-
luptates abierent? Hoccine est speculum
illud pulcherrimum in quo te solebas con-
templari? Plangebant similiter omnes qui
præsentes erant. Plangebant cæteræ, quæ
aderant Mariæ. Plangebant nobiles illi vi-
ti, plangebat cœlum & terra; & omnes
creatüræ, simul cum R. Virgine.

Plangebat & S. ille Evangelista, qui magistri sui amantissimi corpus sæpè complectens dicebat. O bone magister & Dominus mihi, quis me in posterum erudiet atque docebit? quem amodo in rebus ambiguis consulam? In cuius pectore nunc requiescam? Quis mihi posthac cœlestia secreta revelabit? Quæ subita hæc mutatio? Hæti super factato pectore tuo recumbebam, ubi mihi supernæ vitæ gloriam & gaudia communicabas, nunc vero in illius beneficij repensionem, brachiis te mortuum stringo & amplector. Hiccine est vultus ille, quem ego in monte Thabor gloriosum & transfiguratum conspexi? Hæccine faciei illa quam sole clariorem & splendidiorem intuitus sum?

Plangebat & B. illa peccatrix Magdalena, quæ Salvatoris pedes crebro deosculans dicebat. O lumen oculorum meorum, unicum animæ meæ remedium. Quis me si deuoto in peccata relapsa fuero, recipiet? Quis medebitur vulneribus meis? quis respondebit pro me? quis me à Pharisaorum calumniis defendet? O quam diversi sunt hi pedes ab illis, quos ego lacrymis irrigavi?

gavi? O dilectissime cordis mei, cur non morior tecum? O vita animæ meæ, quomodo dicere possim me amare te, cum ipsa vivens te coram me mortuum conspiciam.

Sic plangebat & lamentabatur tota hæc societas, lachrymis sanctissimum Christi corpus irrigans. Sepulchro præparato, sacrum hoc corpus aromatibus conditum, in sindone munda involverunt, & sudario caput ejus ligarunt, impositumque fæstro, ad sepulturæ locum detulerunt, ibique in monumento novo illud reposuerunt.

Monumentum lapide rectum fuit, & facies Mariæ obscura nube tristitiae coperta. Ibi cùm iterum filio valedixisset, orbitatem & solitudinem suam magis ac magis sentire cœpit. Vedit enim tum, se maximo bono suo spoliatam esse: cor verò illius mansit in sepulchro cum thesauro suo reconditum.

MEDITATIO DIE IDOMINICÆ.

HOc die consideranda tibi est, Christi ad inferos sive limbum descensio-

resurrectio, ac variæ apparitiones, quibus tum B. Virginis Mariæ, tum Magdalæ, cæterisque discipulis se conspicendum præbuit, ac denique gloria ipius ad cælos ascensio.

Considera igitur incredibile illud gaudium quod SS. Patres in limbo perceperunt, ex Redemptoris sui adventu: qui eos è tenebris illis ergastulis, in quibus per tot annorum millia reclusi fuerant, liberaturus erat. Quas landes, quas gratiarum actiones ei reddiderint, quod illos ad tantoperè desideratum, & multis scutulis exoptatum salutis portum perduxit? Qui ex India Orientali revertuntur, dicere solent, se omnes labores præteritos benè impensos existimare; propter solum illud gaudium, quod primo sui in patriam reditus die percipiunt. Si ergo exilium unius vel quorum annorum, & itineris aliquius molestissimi diuturnitas, tantum in hominis animo gaudium excitare potest? Quid faciet absentia trium vel quatuor millium annorum à dulcissima patria: Quale igitur gaudium Sanctos Patres eodie hausisse putandum est, quando æter-

xx patræ possessionem acceperunt?

Considera deinde gaudium Beatiss. Virginis MARIAE, quo perfusa fuit, quando ihum à mortuis resuscitatum vidit, cum certum & indubitatum sit, eam quæ maximum ex ipius passione ac morte dolorem ferret, m. jorem etiam præ cæteris ex ipsius resurrectione lætitiam percipisse. Quantam putas fuisse voluptatem illam & exultationem, cum cerneret filium quem ante mortuum luxerat viventem, gloriosam, & magna SS. Patriarcharum, quos tecum adduxerat multitudine stipatum? Quid d. xii? Quid egit? qualia oscula fixit? Quibus illum amplexibus strinxit? Nam dulces præ nimio gaudio lachrymas oculi ejus stillaverunt? Nam cupivisset filium sequi si hoc ei permissum fuisset?

Considera præterea gaudium Ss. Marianum, illius nominatim quæ apud Christi sepulchrum persistit; plorans, tum videlicet quando dilectum animæ suæ quem quæriebat conspexit; quæ sine dubio ad pedes illius se abjecit, cum viventem cerneret, quem inter mortuos quærebat.

Expende tecum, quod idèò post matrem primum illi apparuerit, à qua ardenterius diligebatur, quæ etiam p̄æ cæteris diligentius & perseveranterius multis cum lachrymis illum quæsiverat, ut hinc instruereris, ad DEUM inveniendum, opus esse, ut illum cum lachrymis & diligentia quæras.

Considera posthæc, quomodo discipulis in Emmaus euntibus in habitu peregrini aperuerit: ubi contemplantur, quam humaniter se illis secum adjungat, quam familiariter cum illis conversetur: quam suaviter personam suam dissimulet, & deum quanto cum amore illis se manifester, & labia illorum deliciis & suavitate plena relinquat. Sint sermones tui horum discipulorum sermonibus similes, & loquere pati cum dolore & affectione de Christi cruciatibus & suppliciis, quo cum hi duo discipuli de illo itinerantes loquebantur, & certò affinare audeo præsentiam illam suam tibi minimè esse denegatum.

In Dominicæ Ascensionis mysterio, considera primum quod Christus ascensionem suam ad cœlos, diebus quodraginta distulerit

lerit, ut in illis saepius discipulis apparens
illos instrueret, & cum illis de regno Dei
differeret. Noluit enim illos deserte at-
que ad cœlos ascendere, priusquam men-
tes eorum disposuisset, ad secum spiritua-
liter in caelos ascendendum.

Unde animadvertes, illos præsentia
corporali Christi Domini hoc est sensibili
consolatione devotionis destitui, qui jam
spiritualiter mente in sublime volare, at-
que in coelum tendere no[n]unt, nec ulla
pericula formidant. In quo divina provi-
dencia, ac modus quo suos, diversis tem-
potibus regit ac gubernat, mirabiliter
elucet: quomodo nimirum confirmet de-
biles, exerceat fortes, parvulos lactet,
majoribus solidos cibos ministrat: alios
consoletur, alios prober; ac denique sin-
gulis sese accommodet, juxta illum pro-
fectus gradum ad quem pertigerint. Qua-
re is qui ab illo robatur, propterea ni-
hil debet de se ipso præsumere, cum illa
confirmatio, sit infirmorum cibus, &
magnæ debilitatis indicium: nec is qui ab
illo affligitur & exercetur, animum abji-
cere, cum seiat tentationem, ut pluri-
us, magni & fortis animi testimonium,

Ascen-

Ascendit Christus ad cœlos discipulis intuentibus, ut hujus mysterii, cujus oculati inspectores fuerant, testes essent: neque enim alius quis melius de divinis operibus testimonium ferre potest, quam is qui ea per usum & experientiam didicit. Quare qui certò scire cupit, quam bonus, quam dulcis & suavis sit DEUS erga suos, & quæ sit virtus & efficacia divinæ gratiæ, amoris, providentiæ, & divinarum consolationum, interroget illos qui re ipsa hæc experti sunt, præclaras enim his de rebus poterunt dare instructiones.

Præterea ascendere voluit Christus discipulis videntibus, ut sequerentur se oculis & spiritu, ut discessum suum animitus sentirent, & soli propter illius absentiam, manere timerent: idque ut eò magis ad divinam gratiam suscipiendam præparentur. Propheta Helisæus, cum Helias Propheta ab eo tollerendus & separandus esset, spiritum illius sibi dani petiit, cui bonus magister respondit. 4. Reg. 2. Rem quidem difficilem postulasti, attamen si vis deris me, quando tollor à te, erit tibi quod petisti: si autem non vis deris, non erit.

Eo-

Eodem modo & illi erunt hæredes spiritus Christi, quos amor facit ex discessu illius dolere, atque absentiam ipsius molestè ferre, qui que dum in hoc exilio degunt ad ipsius præsentiam continuò suspirant. Talis erat sanctus ille qui ait: Tu abiisti consolator mi nulla mei habita ratione: discedens tuos benedixisti, & ego non vidi: Angeli te redditum promiserunt, & ego non audivi. Quis autem possit intellectu assequi, Beatus Virginis Mariæ, dilecti illius discipuli, B. Matiae Magdalene, cæterorumque Apostolorum, soliditudinem, molestiam, clamores & lachrymas: quando Christum à se divelli, atque illum qui corda ipsorum secum abstulerat, ab oculis suis eripi conspexerunt? Et tamen de illis dicitur quod gaudentes, reversi fuerint Hierosolymam, per ingentem videlicet quo circa ipsum flagabant amorem. Idem enim amor, qui molestum ipsis faciebat CHRISTI discessum, efficiebat ut de illius gloria impensè gaudent, & sibi congratularentur: natura enim veri amoris est, non sui ipsius, sed amati commoda & honorem querere.

Con-

Considerandum nunc superest, quanquam gloria, & exultatione nobilis hic viceror introductus fuerit in civitatem cœlestem: Qualia festa illius causa instituta sunt in cœlis: Quām magnificè, quām splendide à cœlestibus civibus exceptus fuerit. Quām præterea jucundum spectaculum sit cernere homines angelis sociatos ad nobilem illam civitatem ordinatè procedere, & illis in sedibus, quæ multis annorum millibus vacaverant considere. Quos tamen omnes sacra Christi humanitas transcen-dens ad Patris dexteram assedit. Hæc omnia sunt consideratione dignissima, ut discamus labores illos qui Dei amore suscipiuntur non malè collocari, & idcirco illum q[uo]d se super omnes creature humiliaverat, super omnes exaltari, ut veræ gloriæ amatores hanc semitam teneant, opus enim est ut qui exaltari cupit, prius cunctis lese inferiorem subjiciat.

DE SEX AD ORATIONEM NECESSARIIS.

CAP. V.

HÆ sunt Christiane lector, meditationes, & exercitia quibus singulos

gu:

cujusque hebdomadæ dies transfigas, quæ si rite perceperis nunquam tibi materia derit, qua mentem salubriter occupes.

Sed nota, Meditationem, ut bene fiat, sex partibus constare debere, quarum quædam illam præcedant, quædam sequantur.

Primo, antequam ad Meditationem accedatur, opus est ut mens, animusque ad sanctam hanc exercitationem diligenter præparetur, non aliter ac chordæ in cyt-hara, quæ nisi primum concorditer & æquabiliter tensæ fuerint, suavem melodiam nunquam efficient. Post præparationem sequi debet lectio illius mysterii quod juxta dierum hebdomadæ distributionem eo die meditandum fuerit: quod in principiis maximè necessarium est, usqne dum continuo usu & consuetudine, quæ meditanda sunt sponte memoriaræ sese offerant. Lectiō-nem excipit meditatio.

Meditationi subjungenda est devota pro acceptis beneficiis gratiarum actio: ac totius viæ Christi, ac operum nostrorum generalis oblatio ad qualēcunque beneficiorum repensionem. Demum sequuntur petitio, quæ potissimum appellatur oratio:

qua

qua omnia cum nostis, tum proximorum
& totius Ecclesiæ Saluti necessaria, postu-
lantur.

Hæ sex partes ad Orationem sive Medi-
tationem requiruntur: quæ præter alia mul-
ta commoda, hoc etiam utilitatis adfe-
runt meditandi, quod ubetem illi medi-
tandi materiam suppeditent, dum varias
ciborum species ei proponunt, utsi una
gnatur ejus non placeat, ad alteram ac-
cedat: & si in una meditatione deficiat,
in altera habeat quo mentem occupet, &
ad devotionem accendat.

Cæterum non in omni Meditatione
omnes hæ partes, nec idem ordo semper
est necessarius, quamvis incipientibus val-
dè necessarium sit, ut methodum certam
habeant, secundum quam in initiis se di-
xerint. Quapropter etiam ea quæ dicturus
sum, pro lege perpetua aut regula gene-
rali, quam violare nefas sit, haberi nolo:
cum mihi propositum sit, non leges im-
mutabiles scripere, sed novitos & tiro-
nes in hanc semitam meditationis introdu-
cere: quam posteaquam ingressi fuerint,
usus,

usus, experientia & præcipue Spiritus sanctus de cæteris eos informabunt.

DE PRÆPARATIONE AD ORATIONEM NECESSARIA.

CAP. VI.

Non abs te erit, si singulas partes, suo ordine tractandas & explicandas suscipiamus. Auspicabimur itaque à præparatione, quam primam posuimus.

Itaque meditans, in orationis loco constitutus, posteaquam decentem corporis sui sium assumperit, vel in genua procumbendo: vel stando: vel in modum Crucis se collocando: vel humi se prostrando: vel etiam, si ita necessitas vel valetudo exigat, sedendo: primum signo S. Crucis se muniet: deinde dispersas animæ potentias, imaginationem maximè, colliget, eamque à rebus cunctis sensibilius avocabit, atque intellectum ad DEUM erget, considerando divinam præsentiam, quam cum ea reverentia & attentione intuebitur, quasi re ipsa ei præsens adesseret, uti revera est. Et si oratio matutina fuerit, genetali de peccatis do-

lore concepto , confessionem generalem dicet. Si verò vespertina , conscientiam examinabit de omnibus illius diei cogitationibus , verbis , & actionibus : de Dei & divinarum rerum oblivious ; atque de illius diei , ac totius anteactæ vitæ criminibus conteretur : ac coram oculis atque conspectu divinæ majestatis , in cuius præsentia consistit , se profundissimè humiliabit , dicendo verba S. Abrahami Patriarchæ Gen. 18.

Loquar ad Dominum meum , cum sim pulvis & cinis.

Et cantando hunc Psalmistæ versum Ps. 112.

Ad televavi oculos meos , qui habitas in cœlis.

Ecce sicut oculi servorum in manibus dominorum suorum.

Sicut oculi ancillæ in manibus , Dominae sue : itaq; oculi nostri ad Dominum Deum nostrum , donec misereatur nostri.

Miserere nostri Domine , miserere nostri.

Gloria Patri , & Filio , & Spiritui Sancto , &c.

Et quia non sumus sufficiētes aliquid boni

boni cogitare ex nobis, sed omnis sufficien-
 tia nostra ex Deo est: & quia, nemo potest
 dicere Dominus Jesus, hoc est, nomen
 illius invocare, nisi in spiritu sancto, ideo
 ad te dulcissime Spiritus me converto, ac
 tuam opem lachrymabundus imploro: Ve-
 ni sancte spiritus & emitte coelitus, lucis tuae
 radium. Veni pater pauperum, veni da-
 tor munerum: veni lumen cordium: Con-
 solator optime: dulcis hospes animae: dul-
 ce refrigerium. In labore requies: in aestu
 temperies: inflatus solatum. O lux beatissima,
 reple cordis intima, tuorum fidelium
 Sequestur oratio: Deus qui corda. His di-
 citis Dominum deprecabitur, ut gratiam
 sibi largiatur, quo ea cum attentione,
 mentis recollectione, timore, ac reveren-
 tia, possit assister tantæ majestati, qua de-
 cet ac par est. derque sibi hoc sanctæ ora-
 tionis tempus ita transfigere, ut inde no-
 vis auctus viribus ac fervore, ad omnia,
 quæ ad divinum servitium pertinent exe-
 quenda, regrediatur. Namque oratio,
 quæ hunc suum non parturit, tepida,
 imperfecta, & minimi apud DEUM mo-
 menti est.

DE LECTIO N E.

CAP. VII.

PRæparatione præmissa, sequetur lectio
earum rerum quæ meditanda sunt.
Quæ cavendum ne sit nimium festina, sed
matura, diligens, & quieta, cui non
modò intellectus applicetur, quo videli-
cer ea quæ leguntur, intelligantur: ve-
rum etiam voluntas, cujus potiores partes
esse debent: ut nimis quæ intellectu
percepta sunt, sentiantur & gustentur.

Cum in locum aliquem qui mentem ve-
hementer afficiat, inciderit, subsistet pau-
lis per, ut melius eum cordi infigere queat.
Providendum etiam ne lectio nimis longa
sit, ut eò plus temporis meditationi tribui
possit, quæ tanto majoris est utilitatis ac
fructus, quanto res ipsas attenta conside-
ratione intius penetrat, pluresque ex re-
bus consideratis affectus elicet. Si aliquan-
do contingat mentem ita dispersam esse, ut
orationi sive meditationi, se facile dare non
possit, tum paulò amplius immorari pote-
rit lectioni, vel lectionem jungere medi-
tationi, ita ut uno puncto perlecto, illud

se-

secum aliquan*tis* per consideret, deinde ad cætera eodem modo legenda & meditanda procedat. Quamvis intellectus verbis lectio*nis* alligatus, non possit ita liberè in diuersos affectus ferri, uti cum ab hoc vinculo liber ac solutus est.

Et sanè nonnunquam utilius foret aliquam sibi viam facere in cogitationibus inutilibus & vanis eo tempore mentem impugnantibus, submovendis: cumque eis secundum Iacobi Patriarchæ exemplum viriliter luctati, atque in pugna ad finem usque persistere. Hac namque ratione pugna consummata, & obtenta victoria, DEUS majorem non raro devotionem purioreque contemplationem, aut aliud donum confert, quæ illis qui fideliter sua causa decertant nunquam negare solet,

DE MEDITATIONE.

CAP. VIII.

Lectionem excipit, meditatio eorum quæ lecta sunt. Meditatio autem nonnunquam de talibus rebus est, quas imaginatione nobis præsentare ac fingere possumus: uti est vita & pullio Christi:

mu u judicium: infernus: regnum cœlorum. Nonnunquam vejò de talibus quæ cum potius intellectui quam imaginationi subsint, per imaginationem figurari possunt: uti est consideratio divinorum beneficiorum, divinæ bonitatis & clementiæ, aut aliarum quarumcunque perfectionum quæ Deo insunt.

Harum Meditationum altera vocatur intellectualis, altero verò imaginaria, quorum utraque indifferenter utendum est, in his exercitiis, prout res meditanda postulaverit. Quando meditatio est imaginaria, ita, ut res ipsa existit, aut existet, figuranda, & menti repræsentanda est, quasi revera eo in loco, ubi ea geruntur præsentes essemus, aut res ipsæ in nostro conspectu fierent, ut ex hac rerum repræsentatione, consideratio & sensus earum rerum vivacior & efficacior sit: Et sanè non parum præstiterit imaginari nobis, eas res in cordibus nostris geri. Nam si cor nostrum civitates & regiones integras comprehendere potest, longe prolegerò facilius unius mysterii repræsentationem complectetur: Id autem magnoperè ad animæ collectiōnem

nein proderit, eamque in semetipsa occupatam tenebit, non aliter ac apem in suo alveario, ubi opus suum tractat & singula disponit. Etenim cogitatione Hierosolymam usque transire, ut locus in quo ea quæ meditaturus es acta sunt formetur, & menti objiciatur, capitis vires frangere, atque illud vehementer debilitare solet: Quapropter etiam ab immodi coharum imaginationum usu abstinendum, evendisque ne nimis validis apprehensionibus natura tandem succumbere cogatur.

DE GRATIARUM ACTIONE.

CAP. IX.

POST meditationem sequetur gratiarum actio: cuius occasio sumenda erit ex rebus meditatis. Puta: si fuerit meditatio de Christi passione, gratiae illi referenda erunt, quod nos tanti cum tormentis redemerit. Si de peccatis: quod nos longanimitate ad pœnitentiam expectaverit. Si de miseriis hujus vitæ: quod nos à maxima earum parte præservaverit. Si de morte: quod hactenus à periculis subitanis mortis nos liberaverit, ac pœnitentiæ tempus

indulserit.. Si de gloria Paradisi: quod ad hunc finem nos creaverit ut tantis post hujus vitæ calamitatum procellas bonis frueremur. Eodem pacto procedendum erit in cæteris meditationibus,

His beneficiis ex meditatione elicitis, junget omnia beneficia de quibus supra egimus: beneficia nimisrum Creationis, Conservationis, Redemptionis, Vocationis. Itaque quantum in se est gratias reddet Deo quod eum ad imaginem ac similitudinem suam considerit: quod memoriam qua Dei reminiscetur: intellectum quo eum cognosceret voluntatem qua eum dilereret, contulerit: quod Angelicam custodiam attribuerit, atque Angeli tutelaris ope à multis periculis exemerit, à plurimis peccatis mortiferis præservaverit, à morte etiam atque Dæmonium injuriis, dum in peccatis mortalibus esset, tutatus sit, (quod non minus fuit quam si nos à semper ha morte, quam hac ratione incurrissemus liberasset:) quod naturam nostram sibi copulare, & mortem ignominiosissimam pro nobis subire dignatus fuerit: quod Christianos parentes nobis contulerit: quod sacrosancte baptisma-

tismate nos regeneraverit: quod in præsen-
ti vita gratiam, & in futura gloriam inef-
fabilem nobis promiserit: quod nos in
filios adoptaverit: quod validis armis, qui-
bus adversus mundum, carnem, ac Dia-
bolum præliaremur, in Confirmationis
Sacramento nos munierit: quod seipsum
nobis in altaris Sacramento donaverit: quod
pœnitentiæ Sacerdamentum, quo gratiam
illius per peccatum mortale amissam recu-
perare possemus, nobis reliquerit: quod
bonis & sanctis inspirationibus nos assiduò
visitaverit: quod facultatem in preces pias,
& orationes incumbendi, bene agendi, &
in piis cœptis perseverandi donaverit. Ea-
dem methodo in cæteris beneficiis cum ge-
neralibus, tum particularibus, quæ se à
Deo accepisse cognoyerit, recensendis pro-
cedet, ac pro his & omnibus aliis, publi-
cis sive priyatis, manifestis vel occultis gra-
tias Domino reddet: omnesque creaturas
cœlestes & terrestres secum ad hoc officium
persolvendum invitabit: Canticum trium
puerorum decantando: *Benedicite omnia*
opera Domini Domino, laudate & superex-
altate eum in sacula, &c. Et Psalmum 102.

Benedic anima mea Domino, & noli obli-
visciorumnes retributio[n]es ejus. Qui propo-
rietur omnibus iniq[ui]tati[b]us tuis: qui sa-
nat omnes infirmitates tuas. Qui redemit
de interitu vitam tuam: qui coronat te in
misericordia & miserationibus, &c.

DE OBLATIONE.

CAP. X.

ACtis DEO ex corde gratiis, pro cun-
natis beneficiis acceptis, confessim
naturaliter erumpet cor in affectum illum,
quem Regius Propheta DAVID Ps. 115.
in se sentiebat cum diceret. *Quid retri-
buam Domino pro omnibus quae retribuit mi-
hi?* Cui desiderio aliquo modo satisfaciet
offerendo DEO quæcunque habet, & po-
test ei offerre. Itaque primum offeret DEO
semetipsum in servum perpetuum, se to-
tum ei resignando ac voluntati ejus pe[m]it-
tendo, ut quicquid velit de se facere, hoc
agat. Offeret etiam simul omnia verba,
opera, cogitationes, & quæcunque agit
ac patitur, ut hæc omnia ad supremum
honorem & gloriam nominis ejus diri-
gantur. Offeret deinde Deo Patri omnia

merita & obsequia unigeniti filii sui , atque labores omnes & dolores quos idem in hoc mundo , quo ejus voluntati nō rem gereret , atque obedientiam à Patre sibi injunctam completeret , perulit : ordiendo à Nativitate ac p̄t̄ sepis duritie , usque ad contumeliosam crucifixionem , ac spiritus emīsonem : quandoquidem omnia hæc sunt bona & facultates nostræ , quarum ipse in novo testamento nos hæredes instituit . Quare sicuti non minus nostrum est , quod gratis nobis donatur , quam id quod propria virtute acquirimus : ita non minus nostra sunt merita Christi , quæ ille nobis donavit , quam si illa propriis laboribus ac sudoribus acquisivissemus .

Ac proinde quilibet homo æquè secundam hanc oblationem offerre potest , ut primam : enumerando ei singulatim omnia obsequia , labores , & virtutes sanctissimæ vitæ Christi : illius obedientiam , patientiam , humilitatem , charitatem : cæterasque virtutes omnes , cum hæc sit maxima & excellentissima omnium , quas Deo offerre possimus , oblationum .

DE PETITIONE.

CAP. XI.

INsigni hac oblatione factâ, securè ad gratiarum ac donorum petitionem progressi licebit. In qua primum precandus est Deus cum inflammata charitate, ac ardentissimo divini honoris zelo, ut omnes populos ac nationes sui notitia illustret, ut se cognoscant, laudent & adorent, tanquam unicum & verum Deum ac Dominum, proferetque ex intimo cordis illa Regii Prophetæ verba :

Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes.

Deinde orandus est DEUS pro Prælatis Ecclesiæ, pro Summo Pontifice, Cardinalibus, Archi-Episcopis, Episcopis, cæterisque Prælatis, ut Dominus illos ita regat atque splendore gratiæ suæ illuminet, ut omnes homines ad cognitionem & obedientiam Creatoris sui adducere valeant.

Rogandus est etiam Deus pro Regibus ac Principibus (uti S. Paulus Apostolus monet) atque omnibus in dignitate constitutis, ut eorum diligentí sollicitudine

ac providentia, ut subditi quietam & omni honesta morum institutione conformata agant vitam tranquillam: hoc enim gratum est Deo qui omnes homines vult salvos fieri, & ad agnitionem veritatis pervenire.

Tum precandus est Deus pro membris omnibus corporis sui mystici, pro justis ut illos in justitia & sanctitate conservet: pro peccatoribus ut eos à vita pravitatem ad morum emendationem convertat: pro defunctis, ut eos ab expiatoriis cruciati bus, in quibus detinentur, clementer eximat, atque ad æternæ vitae requiem transferat.

Orandus adhæc est DEUS, pro pauperibus, infirmis, captivis, in servitutem abductis, aut in quaecunque alia tribulatione existentibus, ut propter merita filii sui eis opem ferat, illosque ab omni malo liberet.

Posteaquam quæ ad proximorum salutem spectant postulaverimus, cum demum ad ea quæ nobis necessaria sunt petenda, transitum faciemus. Qualia autem petere debeamus, unumquemque sua necessitas (dummodo leplum non prorsus ignor-

veritatem docebit. Verum ut incipientibus methodum aliquam demus, illosque in hanc semitam quasi manuducamus: petitionum formam hic subjiciemus. Primo itaque precabimur Deum ut per merita & dolores unigeniti filii sui omnium peccatorum nobis indulgentiam, gratiamque illa fugiendi, & ea dignis pœnitentiae operibus expiandi, tribuat: Specialiter vero auxilium & opem adversus eas inclinationes & vitia, ad quæ maximè propensi sumus, implorabimus: adeoque cœlesti medico cuncta animarum nostrorum vulnera detegemus, ut ipse illis medeatur, atque unctione gratiarum suarum illa perungat.

Deinde peremus excellentissimas & nobilissimas virtutes illas quibus tota Christiani hominis perfectio continetur, quæ sunt Fides, Spes, Charitas, timor, humilitas, patientia, obedientia, fortitudo in rebus adversis, paupertas spiritus, mundus contemptus, vera discretio, puritas intentionis, atque aliae his similes, quæ in supremo spiritualis ædificii fastigio commoventur. Fides enim est prima radix & funda-

amentum Christiani hominis. Spes est baculus & remedium contra omnes presentis vitæ tribulationes. Charitas est totius perfectionis finis. Timor Dei est verae sapientiae initium & fons. Humilitas est virtutum omnium basis & fundamentum. Patientia est fortissima, contra omnes hostium insultus armatura. Obedientia est gratissima Deo oblatio, quæ homo seipsum ei ostendit in sacrificium. Discretio est oculus animæ quo illa cernit, & peregrinationem praesentis vitæ sine offensione conficit. Fortitudo est brachium animæ quo cuncta opera sua perficit. Purity intentionis, omnes actiones ad Deum dirigit.

Posthac postulabimus eæ ceteris virtutibus præcipuas, quæ adjamento nobis esse possunt ad majorum custodiam, ut sunt: Sobrietas in cibo & potu: Moderatio linguae: custodia sensuum: Modestia & compunctione exterioris hominis: Suavitas boni exempli erga proximos: Rigor & severitas in semetipsum, & aliæ similes.

Finiendus erit demum hic petitionis actus, cum amoris divini servida imploracione; atque in ejus petitione aliquantisper

immorandum ita ut maxima temporis pars
in hac gratia intimis affectibus & desideriis
postulanda, consumatur: quandoquidem
in divino amore omne bonum nostrum
consistit: ad quod sequens oratio utilis
erit.

ORATIO PIA PRO IMPETRANDO DIVINO AMORE.

Impertire mihi, ô Domine, hanc gratiam,
ut te ex toto corde, ex tota anima, ex
omnibus viribus, & ex totis visceribus, &
præcordiis meis uti præcipis diligam. Quin-
ca spes mea.

O gloria mea perfecta. O refugium &
solatium meum. O amicissime mihi super
omnes amicos. O sponse floride: Sponse
suavis: Sponse omni melle dulcior. O dul-
cedo cordis mei. O vita animæ meæ. O
gaudium spiritus mei. O speciosa dies æter-
nitatis: clarissimum lumen viscerum meo-
rum Paradisus cordis mei. O dulcis origo
& primum principium meum. O summa
sufficientia mea.

Præpara tibi Deus in me splendidum
thalamum, ut juxta promissionem tuam
habites in me, atque illic mansionem tuam

CON-

constituas. Mortifica in me quicquid tibi
displacet, & effice me hominem secundum
cor tuum transfige medullas animæ meæ &
cordis mei intima, sagittis amoris tui vul-
nera; inebria me vino perfectæ dilectio-
nis.

Quando tibi perfectè in omnibus pla-
cebo? Quando à me omnia quæ tibi con-
traria sunt, abjiciam? Quando ero totus
tuus? Quando desinam esse meus? Quan-
do nihil in me vivet, nisi quod tuum est?
Quando te ardentissimo amore diligam?
Quando flammis amoris tui me totum suc-
cendes & consumes? Quando penetrabis
& replebis me undequaque tua efficiaci
dulcedine? Quando mihi pauperti mendici-
co aperies & manifestabis regnum illud pre-
tiosum, quod intra me est, videlicet teip-
sum cum omnibus tuis divitiis? Quando
me tibi perfectè unies, absorbebis ac trans-
formabis in te, ita ut ultrò non exeam à
te? Quando auferes à me cuncta obstacula,
quæ mihi impedimento sunt ne unus tecum
spiritus constituar? nec unquam amplius à
te separeris?

O dilecta animæ meæ: O deliciae cordis
mei

mei, exaudi me Domine non secundum
merita mea, sed secundum imme^{sam} bo-
nitatem tuam: Instrue me, illumina me,
dirige me, adjuva me in omnibus & per
omnia, ne aliquid dicam vel agam, nisi
quod oculis tuis gratum esse cognovero.

O DEUS; O amor meus: O viscera meas:
O dulcis amice mi: gaudium & voluptas
mea: munimentum & vita mea: lumen
meum dirige me O DEUS præcordiorum
meorum, cur non tribuis pauperi necessi-
tatem patienti & opem tuam implorati qui-
bus opus habet? Qui cœlum & terram im-
plies, cur meum cor vacuum & inane re-
linquis? Qui lilia & flores agri vestis &
ornas: qui volucres cœlinutris; qui mini-
ma terra insecta sustentas, cur oblisce-
ris mei, qui omnium tui amore oblis-
cor?

O immensa bonitas, nimis serò te cog-
novi: nimis tardè dilexi te, ô pulchritu-
do antiqua & nova. O miserum statum
meum quando sine amore tuo vixi: ô de-
plorandam conditionem meam, quando
te non agnovi: O densam cæciatatem men-
tis meæ, quando te non vidi: Tu eras in

me & ego te foris nimis longè quærebam,
quaenamvis te tandem licet seruitus invenerim:
Non pariatur obsecro clementia tua, ut
ultrate deseram aut relinquam.

Et qui unum ex his quæ tibi maximè pla-
cent, quæque cor tuum tangunt est: ocu-
los habere qui te videre possint: da mihi
Domine tales oculos, qui te intueri va-
leant: oculos inquam solitariæ iururis:
ocu-los castos & plenos verecundiæ: ocu-
los humiles & amorosos: oculos pios &
lachrymantes: oculos attentos & discre-
tos: qui tuam voluntatem intelligent &
perficiant: ut te talibus oculis aspiciens,
tu me vicissim eiusdem oculis respicias,
quibus Petrum te negantem aspexisti, il-
lumque ad peccati sui amaram deploratio-
nem commovisti: Quibus filium prodi-
gum intuitus es, quando ei obviam pro-
cedens, in amplexus ejus ruisti, atque
osculatum pacis ei dedisti: Quibus publica-
nun oculos suos ad cœlum attollere non
audenteim, respexisti: Quibus Magda-
lenam ad pœnitentiæ invitasti, eamque
ad pedes tuos, lachrymis rigandos & ab-

luendos attraxisti: Et ne multis : quibus
sponsa in Canticis praedita, te ad sui amo-
rem pellexit, ut dices: *Quam pulchra
es amica mea quam pulchra es : oculi tui
columbarum Ut aspectus meus tibi placi-
dus, ac pulchritudo animae meae tibi gra-
ta existens: tu largiaris ei arrhas virtutum
& gratiarum tuarum, qui eam excellen-
tius venustent & ornent.*

O excellensissima benignissima & ole-
mentissima Trinitas. PATER FILI &
SPIRITUS Sancte: Unus solus vetus DE-
US, doceme, dirigeme, & adjuva me
in omnibus. O PATER omnipotens te
per magnitudinem immensae potestatis
tuae deprecor, ut confimes & stabilias
memoriam meam in te solo: eamque san-
ctis & piis cogitationibus repleas.

O fili sapientissime, tua aeterna sapien-
tia intelligentiam meam exiguum illuminata,
& illam cognitione summam veritatis, atque
miseriae me imbue. O Spiritus sancte Pa-
tris & Filii amor, tua incomprehensibili
bonitate, effice voluntatem meam tuae
sanctissimae voluntati conformem, illam
que tam valido tui amoris igne succende,

ut nullæ quæ exturbulenta malarum inspirationum mari effunduntur illum aquæ possint extinguere.

O sancta Trinitas unus Deus, & omnne bonum meum, utinam te solus tantum amare & laudare possem, quantum omnes beati Spiritus te amant & laudant. Utinam solus omnium creaturarum amore in me haberem, spontanea voluntate illum ad te diligendum converterem, atque in te totum transferrem: quamvis parum hoc esset ad te amandum tali amore, quali dignus es amari. Tu solus ictipsum dignè laudare atque diligere potes, quandoquidem nemo tuam incomprehensibilem beatitudinem præter te potest intellectu assequi, ac proinde tu illam tantum quantum meretur, amare sufficis, adeò ut in solo divino pectori tuo, justitia amoris perfectè servetur.

O MARIA, MARIA, MARIA,
Virgo sanctissima: Mater DEI: Regina cœli: Domina mundi: Trichinium Spiritus sancti: Lilium puritatis: Rosa patientiæ: Paradisus voluptatis: Speculum castitatis: Vas innocentia: intercede pro
me

me misero, egeno, exule, ac peregrino;
& mihi partem de umbra tuæ abundantissimæ charitatis impertire.

O Sancti & Sanctæ DEI omnes, atque vos Angelici Spiritus, qui magno amore creatoris vestri flagratis: specialiter vos Seraphim, qui cœlum & terram amoris vestri vehementia inflammatis, nolite cor meum miserum derelinquere, sed purificate illud quemadmodum labia Isaiae, ab omnibus vitiis & immunditiis ac flammis ardentissimæ dilectionis vestræ illud accendite, ut Dominum vestrum diligam, illum quæram: in illo solo requiescam & permaneam in omnia sæcula sæculorum, Amen.

DOCUMENTA QUÆ DAM CIRCA MEDITATIONEM OBSERVANDA.

CAP. XII.

QUæ hactenus dicta sunt uberem tantummodo meditationi materiam præbent, quod in præsenti negotio præcipuum est: quandoquidem non exigua pars hominum, eò quod sufficienti considerationis materia destituatur, medita-

tio-

tionis exercitium fastidit & negligit. Nunc autem quæ ad methodum & formam in meditationibus observandam pertinent, summâtum perstringamus. Cujus licet principalis magister sit SPIRITUS sanctus nihilominus experientia sâpè comprobatum est, hic necessaria esse quædam documenta: èd quod iter: quo ad DEUM pergitur, sit arduum ac difficultatis plenum, ac proinde ductore opus sit, sine quo plurimi longo tempore à vera semita aberrant, aut certè minus citò ea quæ cipiunt consequuntur.

DOCUMENTUM PRIMUM.

Primum itaque documentum sit: Eorum rerum quæ superius in certa puncta & tempora digessimus, considerationi non ita inhærentium esse, ut ad alia in quibus mens majorem invenerit devotionem ac fructum transire nefas putemus; Cùm enim omnium horum exercitiorum finis sit devotio, in quod ad hunc scopum proximus accedit, utique potius ac melius esse censendum est. Quod tamen non leviter & ex quacunque causa fieri debet, sed cum emolumento claro ac manifesto.

DOCUMENTUM SECUNDUM.

Secundum sit: Cayendas esse in hoc exercitio nimias mentis speculationes, & potius uendum esse affectibus voluntatis affectibus, quam curiosis ratiocinationibus intellectus. Quocirca rectam viam minime tenent illi, qui ad Orationem & Meditationem divinorum mysteriorum non secus accedunt, ac si ea pro concione ad populum habenda secum tractarent & expenderent: quod potius est spiritum dispergere quam colligere: & foras egredi, quam ad interiora se revocare. Itaque qui meditationem recte instituere velit, accedit ad eam non aliter ac anus indocta & humilis: magisque adferat voluntatem dispositam ad res divinas sentiendas & gustandas: quam intelligentia acumen, ad eas studiosè disquirendas & peruestigandas: cum hoc proprium sit eorum, qui scientiæ causa studiis operam dant: non eorum qui ut mentem afficiant & inflamment, lachrimasque piæ devotionis elicant, precibus ac meditationibus se addicunt.

DO-

DOCUMENTUM TERTIUM.

Præcedenti documento declaratum est, quomodo intellectus moderandus, voluntatique subjiciendus sit: hoc verò voluntati etiam limites sui præfiniendi sunt, extra quos egredi sine vitio non possit: idque ne in sui exercitio nimis vehemens & concita reddatur. Quare sciendum est devotionem nunquam violentia brachiorum exprimendam esse, ut quidam existimant: qui inmodica & coacta tristitia se ad lachrymas & commiserationem, dum Christi tormenta secum considerant constringunt: hac namque ratione cor potius exficcant, atque ad divinas visitationes (uti pulchre docet Cassianus) ineptum reddunt. Adhæc ista vis plurimum incommodare solet sanitati corporis: & sæpè propter molestiam quam violentia hæc secum adfert maximam, animalium ita relinquit fastidiosum, ut denuò ad eadem exercitia reverti formidet: cum ea magnarum sibi molestiarum causam attulisse usu expertus sit. Itaque meditantis studiosus, cum Christi supplicia considerat, non sit nimis anxius pro habenda

sensibili compassione; sed sufficiat ei quod se præsentem exhibeat his quæ Christus passus est, atque illa simplici ac quieto intuitu inspiciat: ac corde tenero, compassivo & magis disposito, ad eum affe-
ctum quem divina misericordia suppeditaverit, excipiendum, quam alium vio-
lentia exprimendum, consideret. Quæ
cum fecerit, de cæteris, quæ illi a DEO
negantur aut non subministrantur solici-
tus non sit, neque contristetur.

DOCUMENTUM QUARTUM.

Ex his quæ jama dicta sunt colligere licet, qualis attentio in oratione observanda sit. In ea namque cor non languidum, non solutum, non in imo depresso, sed vi-
vum, attentum, ad superna elevatum esse debet: Ut autem necessarium est tali cum attentione & cordis elevatione, at-
que à sensibilibus rebus abstractione, ad Deum precandum accedere: ita non mi-
nus opus est, ut in attentione hac suavis
quædam temperatio adhibeatur; tum ne
sit nociva sanitati, tum ne devotionem
impediat aut extinguat. Quod contra fa-
ciunt

DE MEDITATIONE

171

ciunt nonnulli, qui ut ad ea quæ mente cogitant attenti sint, nulla virium ac naturæ ratione habita, capita sua immodec fatigant, ac se ad alia penè inutiles redundunt. Sed etiam è contrario alii, qui ut hoc periculum evitent, admodum remissi & olcitantes sunt, in eatum rerum quæ animo volunt attentione, ac proinde facile ad omnem statum inutilium cogitationum impelluntur & attrahuntur.

Hæc duo extrema ut simul evitentur, tali moderatione opus est, ut nee immodec attentione capitivæ vites debilitentur, nec nimia negligentia & remissione cogitationes ad libitum evagari sinantur. Quia in re illius qui equo petulanti vehendus est, solertia imitanda est, qui habenas, neque nimia attrahit: neque nimis laxat, sed æquabiliter regit, ne vel retrorsum recedat, vel magno cum salutis discrimine iter agat: ita & nobis annitendum est, ut attentio sit moderata, diligentiam quidem adhibendo ne cogitationes ad libitum evagentur, at omnem violentiam & anxiam solitudinem ejiciendo. Notandum etiam, hæc quæ de attentione dici-

mus, maximè in principio meditationis cavenda esse: fieri enim plerumque solet, ut cùm in exordio meditationis attentione violenta caput fatigatur, in ipsa meditatione vites deficiant, quemadmodum evenire solet viatoribus, qui cùm in principio iter nimium maturant, postea lassi subsistere coguntur,

DOCUMENTUM QUINTUM

Inter omnia documenta hoc vel maximè animadvertendum: Ne meditationis studiosus si non statim percipiat eam devotionis dulcedinem quam desiderat, animo concidat, nec exereitationes incœptas relinquat: sed longanimitter & perseveranter adventum Domini præstoletur: quandoquidem divinæ majestatis excellentiam, conditionis humanæ vilitatem, & negotii quod gerimus magnitudinem, maximè decet ut aliquantis per ante tores sacri illius palati expectemus Quod si postea quam aliquam diu expectaverit Dominus venerit, gratias ei agat de benignissimo & gratuito illius adventu: si vero moras longiores tra-

xerit, humiliter se coram eo & confiteatur, se hanc gratiam minimè mereri: Quod si ne sic quidem venerit, placido animo id sustinet, ac sufficere sibi putet quod seipsum ac omnia sua illi in sacrificium & oblationem gratissimam obtulerit: propriam voluntatem abnegaverit, atque in manus ac potestatem illius tradiderit: omnes appetitus inordinatos crucifixerit: cum vitiis & passionibus suis in certamen descendenterit: & ex parte sua quæcumque facere potuit, egreditur. Et licet Dominum adoratione sensibili non veneratus sit, satis ei sit, in spiritu & veritate adorasse, quales adoratores ille requirit.

Certo denique sibi persuadeat, hunc esse periculosissimum & maximè formidandum praesentis navigationis scopulum, atque locum in quo veri ac fideles Dei servi probentur, ac ab infidelibus secernantur, è quo quis salvus & in columis recesserit, in cæteris prospero successu utetur.

DOCUMENTUM SEXTUMe

Documentum hoc non multum à super-

i ori discrepat, quod tamen æquè necef-
tarium est: Tale autem est. Servum DEI
contentum esse non debere, quoecunque
modico sensibili gustu ex meditatione per-
cepto: quemadmodum nonnulli faciunt,
qui cum aridam aliquam lachrymulam pro-
fuderint, aut parvam cordis liquefactio-
nem senserint, exercitii finem sive scopum
se adeptos esse arbitrantur: quod tamen ad
eum scopum quem propositum habemus
minimè sufficit. Ut enim satis non est ad
terræ fructificationem, si pertenui aliquo
imbre, qui pulverem tantummodo coag-
mentet, & terram superficie tenus imbuat,
perfundatur, sed opus est ad hoc copiosis
imbris, qui intima terræ penetrant, ejus-
que sitim expleant, quo fructum opatum
reddere queat: sic necessaria est aquarum
cœlestium abundantia, ut quis bonorum
operum fructum ex se producat.

Quapropter non immertiō à viris spiri-
tualium rerum callentissimis monemur: ut
ad sanctam hanc exercitationem quisque
tantum temporis quantum potest conferat:
Et certè utilius fuerit semel satis longum
temporis spatium ad hoc assumpsisse, quam
idem

idem per intervalla fecisse. Etenim dum tempus breve est, totum ferè in phantasie vel imaginationis quietatione & cordis collectione consumitur: ac sàpè fit ut cum jam fructus præteritæ molestiæ carpendi essent, meditatio abrumpatur. Ad hujus verò temporis quantitatem præfiniendam quod atinet: Mihî videtur quicquid sesqui hora, vel duabus horis minus est, nimis exiguum esse ad meditationem instituendam: eò quod non raro integra ferè hora incompositio cytharæ cordis nostri, hoc est, in phantasie & cogitationum inutilium representatione, & mentis à rebus sensibilibus avocatione, consumatur: tum verò aliquid etiam temporis pro fructibus institutæ orationis percipiendis impendere necesse est.

Quamvis inficias ire nequeam, eo tempore, quando meditatio post sanctam aliquam & piam actionem instituitur, magis aptum & dispositum esse animum ad hoc agendum: atque ut arida ligna facile flammam concipiunt: sic & cor ita dispositum, facilius igne cœlesti succendi. Matutinis etiam horis, quod tempus huic exercitio vel maximè commodum & oportunum est,

mentem à phantasmatibus liberiorem esse,
ac proinde tum orationi liberius & studio-
sus incumbendum. Qui verò negotiorum
& occupationum multitudine ad eò disti-
nentur, ut tantum temporis ad hoc con-
ferre non possint: nihilominus minutum
sum cum paupere vidua Evangelica offer-
re Deo non negligant: Etenim si negligen-
tiae vitium non obliterit, ille qui omnibus
creaturis juxta singulorum necessitatem
provideret, ipsius etiam liberalissime prospic-
ter.

DOCUMENTUM SEPTIMUM.

Præcedenti documento aliud simile dati
solet: est autem ejusmodi. Pietatis stu-
diosum, cum divinis consolationibus spe-
cialiter intra vel extra orationem visitatur,
occasione hanc arripere debere nec pa-
ti omnino, ut tempus hoc sine fructu sibi
præter labatur. Nam tranquillo hoc ven-
to flante, plus itineris una hora conficiet,
quam alias multis diebus. Sic faciebat san-
ctus Pater Dominicus, qui tam solicitam
divinarum visitationum curam habebat, ut
etiam in itinere constitutus, si speciali ali-
qua

qua visitatione à Deo recrearetur, focius præcedere jussis, ipse solus subsisteret, aut tardius progrederetur, quoadusque suavem illam buccellam de cœlo sibi allatam diges- sisset. Quibus curæ non est, ita divinis vi- sitationibus satisfacere, hi ea ferè pœna castigantur, ut DEUM postea cum quæsie- rint, minimè reperiant,

DOCUMENTUM OCTAVUM.

Ultimum idemque maximi momenti do-
cumentum hoc est: In hoc orationis exer-
citio, meditationem jungi debere contem-
plationi, cum unum scala sit ad aliud: Qua-
re sciendum meditationis officium esse, di-
ligenter & attentè res divinas & cœlestes
considerare, atque modò hæc, modò illa
ponderare, ut in corde meditantis affectum
aliquem pium suscitet, non aliter ac ille qui
silicem fert serit, quo scintillam ignis ex-
cutiat. At contemplationis quæ meditatio-
nem excipit, proprium esse, igne jam ex-
cuso & succenso gaudere: hoc est, affec-
tione illa quæ quærebatur, laboriosè inven-
ta, in silentio & tranquillitate spiritus per-
fici, non cum multis ratiocinationibus &

speculationibus intellectus, sed quodam puro ac simplici veritatis intuitu Hinc quidam S. Doctor ait: meditationem discurrete cum labore ac modico fructu, contemplationem vero sine ulla molestia, & ingenti cum utilitate, illam querere, hanc inventis perfrui: illam cibos dentibus conterere, hanc contritis vesci: illam considerare & ratiocinari, hanc simplici intuitu, quæ diligit & gustat contemplari. Et ne pluribus, illa se habet tanquam medium, hæc instar finis: illa ut via & motus, hæc ut terminus viæ ac finis actionis.

Ex his quæ diximus axioma illud apud omnes spirituales vitæ magistrorum valdè perulgatum, cuius tamen pauci lectors verum intellectum assequuntur, colligitur: nimirum. *Finē adepto media omnia cessare:* ut exempli causa. Navigans quiescit posteaquam adoptatum portum appulit: Eadem ratione cum meditatus ad requiem & gustum contemplationis per laborem meditationis pervenit, debet molestiam illam ratiocinationis ac discursuum semiam relinquere, ac uno simplici intuitu Dei memoria, quasi illum sibi præsentem

ad-

Intueretur, contentus esse, ac affectione quam ille dederit, sive amoris, sive admirationis, sive gaudii, sive alia similia, gaudere ac frui. Ratio quæ id suadet, hæc est: Quæ negotii hujus finis in amore & voluntatis affectione, quam in intellectus speculatione consistit: cum igitur voluntas, ab affectione jam captivata, atque affectionem quæsitam adepta est: relinquendæ sunt omnes ratiocinationes, & speculations intellectus quoad fieri potest, ut anima omnes vites suas in eam impendat, si ne confusa ad actiones aliarum potentiarum evagatione seu dispersione. Quapropter quidam Doctor, illis qui se divino amore inflammari sentiunt, hoc dat consilii, ut omnes alias ratiocinationes & cogitationes, quantumvis subtiles & altas relinquant: non quod malæ sint, sed quod tum majus bonum impedire valeant. Hoc autem nihil aliud est, quam posteaquam ad terminum pervenerimus, meditationem amore contemplationis relinquere.

Quod facere possemus [ut particula-
rius hac de re loquainur] sub finem uni-
uersi jusque exercitii, videlicet, post pe-

titionem divini amoris de qua supra dissem-
nuimus : idque duabus ex causis : tam
quod præsupponendum sit laborem exer-
citii absoluti aliquem fructum devotionis
erga Deum produxisse, nam uti Sapiens
ait: *Melius est finis orationum quam prin-
cipium* ; tum quod post laborem meditationis & orationis rationi conveniens esse
videatur, ut intellectus paulisper respice-
ret atque in contemplationis brachiis pla-
cidè quiescat.

Hic igitur unusquisque omnes plane
imaginationes quæ se menti offertunt, re-
pellat: intelligentiam quietam reddat,
memoriam in Deo defixam habeat, con-
sideretque se in præsentia illius consistere,
sine tamen speciali Dei contemplatione.
Contentus sis illa cognitione, quam ei
fides subministrat, atque huic cognitioni
voluntatem & amorem suum adjungat,
cum hæc sola sit quæ DEUM amplectitur,
& in qua totius meditationis fructus con-
sistit: intellectus enim vix aliquid de co-
gnitione DEI comprehendere sufficit,
quem tamen voluntas pluriuum potest
diligere.

Avocet igitur se à tebus sensibili bus, & recipiat se ad semetipsum, videlicet ad centrum animæ suæ ubi est imago DEI. Hic diligenter auscultet quasi Deum ex alta turri loquentem audiret: aut quasi eum in corde præsentem teneret: aut quasi creaturarum alia nulla præter se & DEUM in mundo existeter.

Amplius adhuc dico, obliviscatur, etiam sui ipsius & eorum quæ agit: Nam ut quidam Sanctorum Patrum ait: Oratio tum est omnibus suis numeris absoluta, quando is qui orat, se in oratione coram Deo constitutum esse non advertit. Hoc autem faciendum est non tantum in fine exercitii, verum etiam in medio & singulis ejus partibus: quoiescunque nimisrum somnus hic spiritualis quempiam invaserit, (cum videlicet intellectus quasi somno quodam sopitur, voluntas vero vigilat,) atque hoc cibo delicatissimo quamdiu duraverit, fruendum, Eo vero digesto, ad meditationem continuandam revertendum erit. In quo nos geremus non aliter ac hortulanus aliquis, qui horri areolam irrigatus, postquam semel illum aqua perfuderit, ali-

quantis per expectat, quo usque illam perfectè imbibet, deinde iterum eam aqua irrigat, ut hac ratione humiditas aquæ, intima terræ penetret ac fertilio reddatur.

Quid autem anima hoc somno consopita, luminis illius, quo tum gaudet, beneficio sentiat, quam satiarem, charitatem & internam pacem, quibusque tum consolationibus perfruatur, nulla lingua potest exprimere: pax enim ista omnem sensum superat, & felicitas ejus tanta est, ut major in hoc mundo nec haberi neque cogitari possit. Sunt nonnulli adeo divini amoris igne accensi, quorum interiora, ad primam dulcis hujus nominis memoriam, vixilla prævia meditatione, gaudio subsistant.

Hi ad DEUM amandum, non magis egent considerationibus aut discursibus, quam mater aut sponsa stimulis, ad filium vel maritum diligendum. Sunt & alii in DEO ita immersi & absorpti, non tantum in oratione, sed etiam in externis negotiis, ut omnium rerum creatarum etiam sui ipsius, propter illius amorem, obliviscantur. Neque mirandi sunt, hi divini amoris effectus, supra amor mundanus multò majora in homine

mine oporari soleat, ita ut etiam quosdam
amentes reddat. An verò minorem vim
gratiæ, quam' naturæ & peccato tribuemus?
Itaque cum anima divini amoris operatio-
nem in se senserit, (in quacunque id fue-
rit orationis parte nullatenus illum refutet,
etiam si totum exercitii sui tempus in ea
consumat, sine ulla etiam illius rei quam
sibi proposuerat, consideratione (nisi ad
hoc specialiter obligetur). Nam quemad-
modum (S. Augustino teste,) vocalis ora-
tio relinquere debet, si devotionem impe-
diat, ita meditatio deferenda est si obster
contemplationi.

Sicut autem necessarium est meditatio-
nem relinquere propter affectionem, atque
à minori ad maius transire: ita non nun-
quam è contrario relinquenda est affectio
propter meditationem, quando nimis
affectio ita vehemens est, ut sanitas inde
notabile detrimentum acceptura sit. Quod
sæpenumero accidit illis, qui his exercitiis
se indiscretè dant, atque illis immodecè
utuntur, allecti videlicet divinæ dulcedi-
nis suævitatem. Quibus (uti quidam S. Doc-
tor ait) id optimum remedium fuerit, à con-

temptatione egredi & ad aliam quandam
affectionem, utpote compassionis transfe-
re, meditando paulisper Dominicam Pas-
sionem, aut circa peccata & miseras hu-
jus mundi, ad core exonerandum, & à ni-
mia intentione avertendum.



PARS SECUNDA.

DE DEVOTIONE ET AD EAM PERTINENTIBUS.

QUID SIT DEVOTIO.

CAP. I.

INter omnes molestias & difficultates,
quas illi quiorationum ac meditationum
exercitia frequentant, sustinent, nescio
an ulla major sit ea, quam patiuntur
ex devotionis quam sàpè in ea percipiunt,
defectu: Hæc enim si adfuerit, nihil sua-
vius, nihil jucundius, nihil facilius, quam
precibus ac meditationibus insistere: eadem
si absit nihil molestius nihil difficilius ni-
hil gravius, quam orare. Quapropter cum
antea de oratione ac meditatione ac me-

thodo

thodo ejus instituendæ egerimus: non abs re fuerit nunc, de his quæ devotionem partim promovent & excitant, partim impediunt & extinguunt: in animo hoministum etiam de temptationibus, quæ ut plurimum piis hominibus in piis exercitationibns se objiciunt, agere: ac denique documenta quæ ad idem institutum non parum conferant, subjecere. Itaque ab ipsa devotionis definitione auspicabimus, ut manifestè liqueat, qualis & quanta sit margarita, pro cuius adeptione militamus.

DEVOTIO ut D. Thomas ait: Est virtus, hominem expeditum & pröptatum ad omnia virtutum officia reddens, illumque ad hene agendum excitans. Quæ definitio evidenter satis ostendit necessitatem & utilitatem hujus virtutis, utpote quæ plura in se contineat, quam quis mente complecti possit.

Pro cuius ampliori intelligentia sciendum est, præcipuum impedimentum quod nobis in vita recte ac piè instituenda objicitur, esse naturæ humanæ corruptionem, à peccato profectam, à qua magna ad vi-

gium inclinatio, & ingens benè operandi difficultas existit: quæ nobis gravem & perniciem virtutis viam faciunt, quamvis virtute, si ea in se consideretur, in mundo nihil suavius, nihil amabilius, nihil pulchrius reperiatur.

Ad hanc difficultatem superandam prævidit nobis divina sapientia de convenientissimis remediis, nimirum Devotionis virtute atque auxilio: Nam quemadmodum ventus Boreas nubes dissipat, aerisque serenitatem restituit: non aliter vera Devotione ab animo nostro molestiam omnem & difficultatem hujus viæ abscindit, nosque ad pias & præclaras actiones obeundas promptos atque alacres reddit. Hæc autem virtus ita virtutis nomen obtinet, ut etiam pariter sit speciale donum Spiritus sancti: ros cœlestis: auxilium & visitatio divina per orationem obtenta: cuius proprium est difficultatem in oratione ac meditatione occurrentem submovere: tepiditatem pellere: alacritatem in divinis obsequiis conserre: intellectum instruere: voluntatem roborare: divinum amorem in corde succendere: flammas il-

licitarum cupiditatum restinguere; fastidium humanarum rerum atque odium peccati ingenerare; atque ei quæm possederit ac repleverit novum fervorem, novum spiritum, novum animum, ac nova desideria benè agendi infundere. Etenim sicuti Samson capillis longis præditus, fortitudine omnes mortales anteibat: eiusdem verò spoliatus, vires amitterebat, atque aliis hominibus imbecillitate similis erat; sic anima cujuslibet Christiani, hac devotio-
ne adjuta & recreata, fortis & robusta est;
eadem verò privata debilis & infirma.

Præstantissima verò laudum earum quæ in hanc virtutem congeri possunt, hæc est: quodcum sit unica, omnium tamen cæterarum virtutum stimulus sit: ac proinde qui virtutum semitam expeditè perambulare cupit, hanc sibi pro calcaribus asciscat, nam sine illa rebelle ac petulans animal suum regere nequabit,

Ex his quæ diximus liquidò constat, in quo vera & essentialis devotionis essentia consistat: non enim in cordis teneritudine aut consolationum affluentia, qua illi qui meditationi operam dant, sæpè refi-
ciuntur.

ciuntur, posita est, nisi ea fuerit conjuncta cum quadam promptitudine & alacritate animi, ad bene agendum præsertim cum non raro usuveniat, ut unum sine altero reperiatur, DEO sic ad probationem servorum suorum disponente. Quamvis inficiari nequeant; has consolationes à devotione atque animi promptitudine ad pias & præclaras actiones obeundas, frequenter proficiuntur: atque è contrario per easdem consolationes ac gustus spirituales veram devotionem sæpe numerò non parum augmetitari. Ac proinde servi DEI licetè possunt desiderare ac petere consolationes, non propter delectationem quam sibi conjunctam habent, sed quia devotionem quæ nos ad bene operandum alacres reddit, promovent, & vehementer augent, quod de se Propheta Regius testatur: *Viam mandatorum tuorum cucuri, cum dilatasti cor meum: hoc est: quando illud consolationum tuarum quæ hujus promptitudinis causa extiterunt, dulcedine recreasti.*

Nunc de mediis quibus hæc devotionis virtus acquiri possit agamus: quæ tractatio-

Si non parvam utilitatem adferat: cum enim
virtus hæc, omnium aliarum virtutum
stimulus sit, media per quæ illa comparari
possit tradere, nihil aliud est, quam media
per quæ ceteræ virtutes omnes conquiri
possint, præscribere.

**NOVEM MEDIA SIVE ADJUMENTA
PER QUÆ VIRTUS DEVOTIONIS
FACILIUS ACQUIRITUR.**

EA quæ devotionem promovent, pluti-
ma sunt, ex quibus nos pauca tantum
delibabimus.

Primo devotionem vehementer adjuvat:
si exercitia hæc animo generoso & parato
ad omnia quæ ad pretiosam hanc margari-
tam consequendam pertinent, quantum-
vis ardua & difficilia sint, exequenda &
sustinenda, suscipiantur, Nam certum est,
nihil præclarum esse quod non etiam diffi-
cile sit, cuius generis & ipsa devotio est,
maxime in principiis.

Secundo, devotionem maximè promo-
vet, cordis ab omni vana & inutili cogi-
tatione, ab affectibus, ab amoribus pere-
grinis, à turbulentis & concitatis motibus
diligens custodia; perspicuum enim est,

unum quodque horum devotioni non patrum impedimento esse: cùm virtus hæc vel maximè poscat cōr quietum & ab omni inordinata affectione liberum, nec minus quam chordæ in cythara compositum.

Teretiò, Devotioni adjumento, custodia sensuum: maximè oculorum, linguae, & aurium: quandoquidem per hæc, cor maximè distrahitur. Ea namque, quæ per oculos & aures ingrediuntur, mentem variis imaginibus depingunt, quæ deinde pacem & tranquillitatem animæ & disturbant & evertunt. Quare non immeritò, quidam ajunt, contemplationis studiosum, surdum, cæcum & mutum esse debere. Nam quo minus in ea quæ foris sunt evagatus fuerit, eo intrinsecus major i tranquillitate ac recollectione gaudet.

Quartò. Devotionem non mediocriter adjuvat solitudo, siquidem non modo peccandi occasiones subimovet, & causas ob quas potissimum cor & sensus distrahuntur, tollit; sed etiam hominem solitarium vehementer excitat, ut animum ab omnibus rebus sensibilibus avocet, secum habiter, cum DEO incessanter convergetur; ad quod lo-

ci oportunitas illum admonet, quæ nullam aliam societatem præter hanc admittit.

Quintò, Devotionem non mediocriter nutrit, lectio librorum piorum spirituum: eo quod materiam considerationi subministrent, mentem à rebus creatis abstrahant, devotionem excitent: & efficiant ut liber et istis considerandis inhæreat, quæ suaviter in lectione gustavit, unde sit, ut ea quibus cor abundat, ei sæpius ad memoriā redeant.

Sextò, Devotionem sover, continua DEI memoria, & assidua præsentia divinæ cogitatio, quod videlicet conspectui ejus indolenter assistas, cum frequenti usu brevium suspiriorum, quæ D. August. *Orationes jaculatorias* nuncupat. Nam hædomum mentis custodiunt, & devotionis calorem conservant: quo sit ut semper ad pia opera, & DEUM precandum expeditus & alacer sit: Est autem documentum hoc unum ex præcipuis spiritualis vitæ instrumentis seu causis, ac solum ferè unicum remedium iis, qui neque locum neque tempus habent, quod orat. ac medit. longioribus.

ALCANTARAE
impendant. Et verò qui ad hoc laboris aliquid contulerint, atque ceteris alpirationibus operam dederint, exiguo tempore magnum profectum facient.

Septimò, devotionem promovet, perseverantia in bonis exercitiis; ut videlicet tempora & loca statu sint quæ æquabiliter serventur; maximè tempus nocturnum & matutinum, quæ ad orationem instituendam non parum opis ferre, sacræ literæ passim testantur.

Octavò, Devotioni auxilio sunt austertates, & abstinentiae corporales: abstinentia à cibis; mensa frugalis: lectus durior: cilicium, flagella & alia similia, quandoquidem uti à mentis devotione proveniant, vel originem habent: ita non leviter incitant, conservant, fovent atque nutritiunt radicem è qua nata sunt, quæ est devotione.

Nonò, ad devotionem plurimum conferunt opera misericordiæ, quia hæc fiduciam nobis coram DEO apparendi, & divino conspectui assistendi augent: orationes nostras comitantur, faciuntque ne preces aridae appellari possint; ac denique

promerentur ut preces nostræ facilius à Deo suscipiantur, cum è corde pio ac misericordi prodeant,

NOVEM DEVOTIONIS IMPEDIMENTA.

CAP. III.

Quemadmodum ea quæ devotionem promovent novenario numero comprehendimus: ita etiam illa quæ nos ab hujus virtutis possessione repellunt, atque impedimento sunt quo minus esse qui eam possimus, eodem numero definiemus.

Primum itaque devotionis impedimentum est: Peccata non solum mortifera, sed etiam levia & venialia: hæc enim quamvis charitatem prorsus non tollant, ejus tamen fervorem qui cum devotione ferè coincidit, debilitant & extinguunt. Quapropter omni studio devitanda sunt, sin minus propter mala quæ secum adferunt, ut minimum propter bona quæ impediunt.

Secundum est, Remorsus conscientiæ, ab ipsis peccatis procedens, maximè quando minus est, quia mentem inquietat, capi-

tis vires atterit, & hominem ad bonas actiones ineptum atque inutilem reddit.

Tertium est, Amaritudo sive angustia cordis, & mæror inordinatus, quandoquidem cum his non facilè consistere & concordare possunt, voluptas & snavitas bonæ conscientiæ, & spirituale internæ mentis gaudium.

Quartum est, Nimiæ sollicitudines, qui ad instar præfectorum Aegyptiacorum, qui filios Israel immodicis laboribus premebant, animum inquietum efficiunt: ne patiuntur ut somnum spiritualem, qui ex orationis frequenti usu & gustu provenit, capiat: immo tunc plus quam alias, eam turbant, & à cœptis exercitiis longius abducunt.

Quintum, Occupationum sive negotiorum multitudo, quæ tempus omne tollunt: spiritum suffocant: neque homini ullam vel temporis vel quietis partem, quæ DEO vacare possit, impertiuntur.

Sextum, Voluptates & solatia sensuum. Hæc namque insipides reddunt exercitationes spirituales, hominemque indignum faciunt, qui divinis consolationibus reficiatur.

ciatur: Ut enim D. Bernardus ait: Dignus
non est Spiritus Sancti visitationibus, qui
mundana solatia sectatur.

Septimum, Delectatio inordinata in
manducando & bibendo, longæ speciatim,
& sumptuosæ cœnæ: quæ hominem inuti-
lem faciunt ad sacras vigilias & spiritualia
exercitia: Etenim corpore multis escis gra-
vato & immodicè replete, spiritus minus
liberè in sublime ferri atque levari potest.

Octavum est. Curiositas cum sensuum,
cum intellectus, cujusmodi est velle audi-
re, videre ac scire novos rumores, quia hæc
tempus pretiosissimum auferunt, animum
perturbant, ejusque tranquillitatem ever-
tunt, ac mentem in multa dispergunt: sic-
que devotioni plurima impedimenta obji-
ciunt.

Nonum est. Levis solitorum exercitio-
rum intermissione, præterquam cum omit-
tuntur aut differuntur ob causam aliquam
piam, & justam necessitatem: quia nimium
delicatus est spiritus devotionis, qui cum
semel recesserit, non revertitur: aut certè
magna eum difficultate. Quare quemad-
modum arbores suis temporibus irrigari

opus habent, quæ irrigatio si diutius quam pars est, differatur, statim exsiccantur & pereunt: sic etiam devotio, nisi continuo aquis piarum meditationum irrigetur, facile perit.

Hæc breviter & summatim tantummodo perstrinximus, ut facilius memoria retineri possint, quorum uberior explicatio ipso usu atque experientia haberi poterit.

DE TENTATIONIBUS COMMUNIORIBUS, QUIBUS MEDITATIONUM STUDIOSI, UT PLURIMUM MOLES-TARI SOLENT: NEC NON REMEDIIS EARUM.

CAP. IV.

VIdendum nunc, quibus ferè tentationibus impetrantur hi, qui orationis & meditationis exercitia frequentant: ut de convenientibus remediis illis provideamus.

TENTATIONES illorum hæ ferè sunt.
Consolationum spiritualium absentia.
Cogitationum inutilium turba.
Cogitationes infidelitatis & blasphemie.

Dif;

Diffidentia de profectu.

Nimia propriæ sanctitatis præsumptio.

His ut plurimum temptationibus infestantur hujus vitæ sectatores, de quarum remediis deinceps tractare ingrediemur.

**DE PRIMA TENTATIONE ET
REMEDIIS EJUS.**

Primò igitur, cui spirituales consolations desunt, hoc remedium est. Ne propterea solida orationis exercitia, quamvis illi insipida & nullius utilitatis esse videantur, omittat, sed ante præsentiam Dei se constituat, atque ad eum uti reus & multorum criminum affinis accedat, conscientiæ latebras diligenter excutiat, & consideret, an suam ob culpam hujus gratiæ jacturam fecerit; ac Dominum magna cum fiducia roget, ut hanc sibi noxam condonet, atque in se inæstimabiles divitias patientiæ suæ manifestet, sustinendo & indulgendo illi, qui eum tantummodo irritare novit, præterea nihil.

Hoc pacto fructum non parvum capiet ex ariditate sua, sumendo inde occasionem, vel profundioris humilitatis, dum

I 3 malit.

militiam suam, & perversitatem in peccatis cumulandis conspicit: vel ardentioris dilectionis, dum divinam bonitatem in iisdem condonandis attendit. Et quemvis nullam prorsus in suis exercitiis sentiat voluptatem, non tamen idcirco ab eorum continuatione se abstineat: quia non est necessarium ut sapidum & suave gustatui sit quod utile futurum est: praesertim cum experientia saepè comprobatum sit, eos qui in exercitiis ac meditationibus suis perseverant, easque etiam ariditatis tempore non deserunt, sed cum attentione & cura qua possunt, illa continuant, saepè multis consolationibus & gaudio spirituali reflectos abscedere, dum se quicquid potuerunt egisse recordantur. Magnæ virtutis non est posse orationem longo temporis spatio protrahere, dum consolationibus divinis quis affluit: sed tum quando illæ subtracti sunt, eandem non deserere, sed æquo animo omnem hanc derelictionem sustinere, hoc præclaræ cujusdam virtutis indicium est. In hoc enim elucescit humilitas, eminet patientia, ac dēmum vera in bonis operibus perseverantia declaratur.

Cæterum necessarium est, iriditatis tempore maiorem sui curam & solitudinem gerere: super sui custodia diligentius invigilare: conscientiam sincerius discutere: ac omnes cogitationes, verba, & actiones accuratius observare. Etenim cum tunc alacritas & lætitia spiritualis (quæ est hujus navigationis principalis remus) absit, diligentiori solitudine ac vigilantia defecetus gratiæ supplendus est.

In hoc rerum statu cum te constitutum animadverteris, existimare debebis, uti S. Bernardus moneret, excubias, quæ tibi præsidio erant, sopore oppressas esse, atque muros, qui te tutabantur, concidisse: ac proinde totam salutis tuæ spem in armis consistere, quippe cui nihil amplius in muro prostrato spei reliquum sit: sed armata dextera salus quærenda sit. O quam eximia illam animam sequitur gloria, quæ hoc pacto laurum reportat, præliaatur & de hoste triumphat quæ sine scuto certamen init, quæ sine umbraculo manus cum hoste conserit, quæ sine adjutorio fortis est, & quæ cum sola prælium sustineat, animum

Sed tamen ac vires assunt, quasi multis auxiliariis copiis circumcideta foret.

Hæc est potissima probatio, qua honestas ac sinceritas amicorum Dei cognoscitur, quaque veri à falsis secernuntur.

TENTATIONIS SECUNDÆ REMEDIA.

Contra temptationem importunarum atque inutilium cogitationum, quæ se orantibus confertim objicere, eisque non parvam molestiam facescere solent, hoc remedium est. Fortiter illis reluctari, nec pati ut nostri dominentur: ubi tamen cavendum est, ne ista reluctatio, sit cum magno labore atque angustia spiritus conjuncta: cum opus hoc non tam dependeat à nostris viribus, quam gratia divina, ac profunda humilitate. Quocirca cum hac temptatione quis impeditur, ad DEUM se sine scrupulo aut mentis anxietate converteret. (quandoquidem hic culpa nulla est, aut certè levissima) & cum magna submissione ac cordis devotione dicet: Ecce Domine, aspice quid ego sim? Quid aliud separari potest ex hoc oleniticeto, quam hujusmodi odores? Quis alius fructus ex hac ter-

ra,

ra, cui tu in mundi nascentis exordio maledicti, expectari potest, quam tribuli & spinæ? Quid boni proferre potest, nisi tu Domine illam ab omni malo germine mundaveris? Hoc dicto ad meditationis filum continuandum redeat: & Domini visitationem, qui humilibus nunquam deest, patienter expectet, quod si ne sic quidem cogitationum tumultus quieverit, nihilo minus constanter ac perseveranter resistat, pro virili, earum impetum repellat. Ex hac namque perseveranti lucta, majus (mihi credat) lucrum & meritum referet, quam si summis etiam consolationibus in meditatione perstititus fuisset.

TERTIÆ TENTATIONIS REMEDIA.

A Tentationem cogitationum blasphemiae superandam, sciendum est, sicuti nullum temptationis genus piæ menti molestius est, ita nullum minus periculosum esse: itaque convenientissimum adversus illud remedium est, hujusmodi cogitationes contemnere. Et enim cum peccatum non in sensu, sed in dilectione ex cogitationibus percepta, consistat, in hac

autem

autem cogitationum blasphemarum tentatione, nulla insit voluptas, imò potius ingens molestia, idcirco potius poenæ quam culpæ nomen meretur. Et quantò amplius homo in hac tentatione ab omni gaudio & voluptate destituitur, tantò longius ab omni crimine recedit. Quocirca optimum contra eam remedium est, cogitationes hujusmodi insurgentes non formidationem, sed aspernari, & pro nihilo putare, quia quando valde metuuntur, ipse timor eis plerumque vires addit & fortiores facit.

QUARTÆ TENTATIONIS REMEDIA.

Contra temptationes infidelitatis remedium est ut qui talibus cogitationibus molestatur ex una quidem parte, humanæ conditionis humilitatem & imbecillitatem etiam altera verò divini numinis magnitudinem ac potestatem, cui nihil impossibile est, sibi proponat: illa quæ DEUS præcipit semper cogiter, in divinis verò operibus curiosè contemplandis & investigandis, ab omni curiositate se abstineat: quandoquidem illorum ferè minima

nima, nostræ intelligentiæ capacitatem plurimum excedunt, Quare is qui hoc divinorum operum sanctuarium ingredi cupit, summa cum humilitate ac reverentia ingrediatul, atque oculis præditus sit collubæ simplicis, non callidi serpentis: & cor gerat discipuli, non iudiciis temerarii. Similitudinem pueri assumat, tales enim Dominus secretorum suorum participes facit. Non curet divinorum operum causas scrutari aut nosse, oculos rationis claudat, ac fidei tantum oculos aperiat, hi namque sunt manus qui opera DEI tractanda sunt. Ad humana opera contemplanda sat boni sunt oculi rationis humanae: at pro divinis contuendis minime sufficient, cum tantæ lucis capaces non sint. Hæc tentatio cum sit una ex earum genere, quæ homini molestissimæ sunt, ac nihil penè delectationis adjunctum habent, eodem remedio curanda erit, quo præcedens nimirum ut nihil pendatur, cum magno aliquo criminis, propter molestiam quam secum adducit, animam contaminare non possit: etenim ubi voluntas contraria est, ibi crimen nullum est, ut paulò ante declaravimus.

QUINTÆ TENTATIONIS
REMEDIA.

Sunt nonnulli, qui magno timore & plorimis phantasiis turbantur, quando nocte adituri sunt loca secreta, & ab hominum consortio separata ad orandum: Cui temptationi nullum efficacius est remedium, quam si homo forti sit animo, & in exercitio perseveret: hic enim timor, non fugiendo sed pugnando vincitur. Si præterea consideret neque Diabolum, nec aliud quidcunque nobis nocere posse, nisi DEUS permiserit. Si denique secum expendar, Angelica nos custodia circumseptos esse, qui majorem nostri curam habent, intra quam extra orationem, quique nos in precibus adjuvan, t' preces nostras suscipiunt, ad cœlos deferunt, atque omnes inimici nos impedire conantis, molitiones impediunt, atque propulsant.

SEX TÆ TENTATIONIS
REMEDIA.

Ad somnum, qui multis orationis tempore molestus esse solet, superandum:

dum: Considerare debemus, illum non-nunquam ex necessitate profici, & cum corpori non est denegandum quod suum est, ne vicissim impedit, quod nostrum est. Aliquando ex infirmitate, & cum ca-vendum est, ne quis nimium turbetur, seque affligat, cum nulla hic sub sit culpa: sed modestè, quantum vires patiuntur, resistat, nunc utendo industria, nunc modica aliqua violentia, ne omnino pereat oratio, sine qua vix aliquid in hac vita ha-beri potest secundum. Quandoque prodit ex ignavia, aut à Diabolo immittitur, & cum non est aliud melius remedium, quam vino sibi interdicere, aqua etiam non nisi per modica, quæ videlicet ad restituendam situm sufficiat, uti: genibus flexis, aut alio corporis situ corpus fatigante ora-re: flagello aut alia corporali austeritate, quæ somnum ab oculis extiriat carnem af-fligere. Denique maximum hunc malo, si-cum & cæteris omnibus remedium est opem ab illo petere, qui paratus est semper da-re, modo sint qui fervententer & perse-veranter petant.

SEPTIMAE TENTATIONIS REMEDIA.

Contra tentationes difidentiae & præsumptionis, cum inter se se contrariae sint, contraria etiam necessarium est adhibere remedia. Difidentiae remedium est. Considerare quod non nostris duntaxat viribus, sed divinæ maximè gratiæ initamur, quæ tantò homini parator est, quantò magis de seipso ac viribus suis diffidens, in sola DEI bonitate, cui nihil est impossibile, spem suam collocat.

Præsumptionis remedium est. Considerare nullum certius atque evidentius argumentum esse: hominem adhuc longè a vera sanctitate abesse, quam si jam se proximum ei factum esse credat.

Adhæc contemplari se in vitis Sanctorum cum Christo jam regnantium, aut aliorum adhuc viventium tanquam in speculo, cum his enim si se contulerit, animadverteret se cum illis compositum nihilo plus esse, quam manum gigant collatum: quæ consideratio superbiam illius facile depinet.

OCTAVÆ TENTATIONIS REMEDIA.

Contra inordinatam sciendi & studiendi cupiditatem, remedium est, considerare quantum virtus excellat scientiam; & quantum divina sapientia prudentiam supereret humanam. Ex quo cognoscet homo, quam sit rationi consentaneum, plus laboris & temporis impendere uni, quam alteri. Præterea, habet mundi sapientia omnem quæ desiderari possit excellentiam, non potest tamen hanc unam miseriam effugere, ut cum vita non pereat. Quod igitur miserabilius quam tot impensis & sadoribus acquirere, quod tam cito periturum est? Omnia quæ in hoc mundo sciri possunt, tanquam nihil sunt: ideoque multè utilius fuerit exercere se in divino amore, cuius fructus semper durant, & in quo omnia videmus & cognoscimus. Denique in die judicii non interrogabimur quid legerimus, sed quid fecerimus: nec quam politè locuti fuerimus, sed quam bene vixerimus.

**NONÆ TENTATIONIS
REMEDIA.**

Contra indiscretum aliis succurrendi zelum, præcipuum remedium est, ita proximorum intendere utilitatem: ut tamen nobis meti ipsi non obsimus: & ita curare negotia conscientiæ aliorum, ut propria non negligamus, sed iis curandis tantum temporis reservemus, quantum satis est ad conservandum cor in devotione & abstractione. Atque hoc est (uti S. Paulus inquit) *ambulare in spiritu*, id est, ut homo magis sit in Deo quam in semetipso. Cum igitur principium & radix omnium bonorum nostrorum hinc dependeat, eniti debemus, ut oratio nostra tam prolixa, profundaque sit, ut cor in hac devotione atque abstractione semper continere valeat. Ad quod opus est non qualicunque oratione, sed longa & profunda.

**ADMONITIONES ALIÆ ORATIONIS
STUDIOSIS NECESSARIÆ.**

CAP. V.

ADMONITIO PRIMA.

ID quod maximam in hac semita difficultatem nobis objicit, hoc est, ut no-

ve-

verimus ad Deum accedere , atque cum
illo familiariter agere . Atque idcirco ne-
mo sine optimo duce hanc viam ingredi
audeat , nec nisi necessariis primum instru-
ctus monitis & documentis , quorum nos
quædam cum solita brevitate subjiciemus .

Inter hæc autem primum locum illud
obtinet , quo docemur quis potissimum
finis spectandus sit in his spiritualibus exer-
ciitiis .

Itaque sciendum est , cum communica-
tio cum Deo ex se sit suavissima & jucun-
dissima , nec ullam amaritudinem permix-
tati habeat , uti sapiens testatur : hinc
provenire solere , quod plurimi vi admir-
randæ & iniuitatæ hujus suavitatis (quæ
major est quam comprehendendi possit) at-
tracti , ad Deum accedant , atque spiri-
tuales actiones & exercitia frequentent :
cujusmodi sunt , lectio , oratio , medita-
tio , Sacramentorum usus : propter in-
gentem nimicium voluptatem , quam ex
ipsis percipiunt : adeoque pro principali
fine , quo ad hæc permoventur , habent
sibi propositum hujus admirandæ dulcedi-
nis desiderium . Qui error maximus est ,

quo

quo etiam non pauci implicantur: Cùm enim omnium actionum nostrarum præcipuus finis esse debeat DEUM diligere, atque illum toto corde quærere: hi magis amant & quærunt semetipsos, hoc est, suum gustum & delectationem, quam Deum, qui fuit scopus philosophiæ contemplativæ gentilium. Præsertim cum uti quidam Doctor ait, hæc sit spes quædam avaritiæ, luxuriæ ac gulæ spiritualis, non minus nociva quam illa carnalis. Ex hoc autem errore alius non minor exoritur, nimisrum quod qui eo implicati sunt, cum seipso, tum alios homines judicent secundum harum consolationum affluentiam & inopiam: ita ut credant tantum cuique perfectionis inesse, quantum divinis consolationibus visitatur ac perfunditur, qui error ingens est.

Utrique huic tentationi remedio est generalis hæc doctrina: ut quisque sibi persuadeat, vel sciat finem omnium exercitorum, & totius vitæ spiritualis esse, divinorum mandatorum observantiam, & integrum divinæ voluntatis adimplitionem: ad quod necessarium est, ut propria

DE MEDITATIONE.

voluntas in nobis moriatur, quo vivere, q
ac regnare commodius possit divina: cùm
hæ ambæ inter se directè contrariæ sint.
Hæc autem tam insignis victoria, cum ob-
tineti non possit sine maxima favoribus &
blanditiis Dei, idcirco orationis exercitia
frequentari debent, ut per ea hos favores
adipisci, & hoc negotium bono atque op-
tato fine concludere valeamus. Hoc fine
quæri & postulati possunt à Deo in oratio-
ne consolationes internæ: uti supra etiam
diximus: quemadmodum faciebat S. Pro-
pheta David, cùm diceret: *Redde mihi*
Domine letitiam salutaris tui: & Spiritus
principali confirma me. Ex his perspicuum
satis est, qualem sibi finem præstituere de-
beat quilibet in his exercitiis: & unde sum
suum, tuum aliorum profectum æstimare ac
metiri debeat: puta non juxta consolatio-
num quæas à Deo perceperit multitudinem
vel excellentiam, sed secundum ea quæ
propter Deum perpessus constanter fue-
rit, partim in divinæ voluntatis implecio-
ne, partim in propriæ voluntatis abnegati-
one.

Quod autem hic omnis nostræ lectionis

&

& orationis finis esse debeat ex unico illo
Psalmo qui incipit: *Beati immaculati in via,*
qui ambulant in lege Domini, probo; qui
cum 168 versibus constet, & omnium
Psalorum maximus sit, nullus tamen in
eo versiculus reperitur, in quo non fiat
mentio de lege Dei, & observatione man-
datorum ejus, Quod Spiritus sanctus ita
ordinavit, ut homines erudirentur, quod
ad hunc scopum omnes suas lectiones &
orationes referre debeant. A quo qui decli-
nant, in occultos inimici laqueos incidunt,
qui eis artibus suis persuaderet, id aliquid
esse quod nihil est. Atque hanc ob cau-
sam recte viri in rebus spiritualibus exerci-
tissimi, unicam & verissimam probatio-
nem veræ virtutis esse asseverant: non eam
quæ in oratione sentitur, voluptatem: sed
patientiam in tribulationibus, sui ipsius ab-
negationem divinæ voluntatis sinceram &
integralm impletionem, ac studiosam le-
gum ejus observantiam: quamvis ad ista ef-
ficienda non parum conducat tum ipsa ora-
tio, tum eæ quæ in orationis usu percipiun-
tur, consolationes.

Itaque qui secundum ea, quæ jam dixi-
mus

mus, scire cupit quantum in via DEI progressum fecerit: inspiciat quantum indies in humilitate interiori & exteriori crescat: quam placide injurias sibi irrogatas sustineat: quo animo aliorum infirmitates toleret: quomodo proximorum imperfecti-
nibus compatiatur: quam firmam tribula-
tionis tempore in DEO fiduciam habeat: quomodo linguam refrauet: quomodo cor
custodiat: quomodo carnem cum omnibus
licitis appetitis domet & spiritui subjic-
iat. qua moderatione in prosperis & ad-
versis se gerat: quanta cum gravitate &
discretione, omnes suas actiones admini-
stret. Et super haec omnia, num mundo &
voluptatibus ejus, atque omni honorum
ac dignitatum cupiditati perfectè mortuus
sit: Et tum secundum eam profectus men-
suram, quam in his se fecisse animadver-
terit, sententiam de se ferat, non autem
secundum ea quæ vel percipit, vel non per-
cipit à Deo.

Quocirca incessanter unam manum, il-
lamque principahorem mortificationi ad-
motam habeat, alteram orationi: cum
mortificationem sine piarum precium au-

xilio, & rerum divinarum contemplatione nunquam aliquis perfectè consecutus reperiatur.

ADMONITIO SECUNDA.

Si licitum non est desiderare consolations & voluptates spirituales, ut in aliis quiescamus, sed dum taxat ob profectum quem ex illis percipimus, multo minus licitum erit desiderare visiones, revelaciones, & his similia, quæ illis, qui nondum satis fundati sunt in humilitate, in- hæbent periculum creare possunt. Nec est quod quis metuat, quasi eas fugiendo aut rejiciendo Deo inobediens & immorigeris futurus sit, quia cum Deo aliquid revelare placuerit, id ita efficiet, ut etiam is cui talia revelantur, licet maxime subterfugiat, & reluctetur, de sibi revelatis ita certus fu utus sit, ut de illis dubitare: aut timere omnino nequeat.

ADMONITIO TERTIA,

Cavendum est, ne quis passim solatia illa & voluptates quæ à Deo percipit, aliis manifestet & publicet, præterquam

magistro spirituali. Atque hanc ob causam
mellifluus ille Doctor monet, ut pius qui-
libet in cubiculo suo majusculis literis hæc
verba exaret. SECRETUM MEUM MI-
HI. SECRETUM MEUM MIHI.

ADMONITIO QUINTA.

Providendum præterea est, ut cum
maxima, qua fieri potest, humilitate
ac reverentia semper cum Deo agatur, ita
nunquam quis ita magno se apud DE-
MIUM loco esse existimet, aut tam sublimen-
de DEI in se favoribus opinionem habeat,
ut non sæpè oculos in se se convertat, suam
vilitatem inspiciat, alas suas colligat, & in
præsentia tantæ majestatis se profundissime
humiliet. Quemadmodum S. Augustinus
faciebat, de quo scribitur: quod cum ti-
more ac tremore coram DEO exultate di-
dicerit.

ADMONITIO QUINTA.

Antea monuimus setvum DEI sin-
gulis diebus aliquod certum tem-
pus sibi statuere debere, quo Deo vacet.
Nunc verè præter ordinarium illud unius-

cu-

ALCANTRA
cujusque diei tempus dicimus illum debere
aliquando ab omnibus negotiis & occupa-
tionibus, quantumvis illæ piæ atque sanc-
tæ sint, se a vocare, atque totum spiritua-
libus exercitiis tradere, & animam suam
spiritualium ferculorum abundantia & ad-
ipe impinguare, ut lapsus illos quos sin-
gulis diebus in se animadvertisit, restauret,
& novas ad ulteriora proficiendi, vites ac-
quirat. Quod quamvis omni tempore fieri
possit, specialius tamen faciendum est in
præcipuis anni festivitatibus: tribulationis
tempore: post longa itinera: post molesta
negotia, quæ multarum distractionum no-
bis occasionem præbuerunt, & interiora
cordis nostri perturbarunt, ut mentem ab
omnibus rebus sensibilibus abductam, ad
se quasi revocemus.

ADMONITIO SEXTA.

Sunt nonnulli qui non satis discretè se
habent in suis exercitiis, quando di-
vinis consolationibus perfruantur, fitque
sæpe numero, ut hæc prosperitas in maxi-
mum eos periculum conjiciat. Cùm enim
plenis nonaunquam manibus DEUS dona
sua

sua in illos effundat, illi re ipsa experti, sua-
vissimam & jucundissimam esse divinam
communicationem totos se sine aliqua men-
sura huic uni occupationi addicunt, ora-
tionis tempus pro longant, vigilias & au-
steritates corporales augent, ita quod na-
tura quæ tantum onus diu sustinere nequit,
tandem succumbere cogatur. Atque hinc
est quod multi exercitia spiritualia horre-
ant: alii verò non modo ad corporales, sed
etiam ad spirituales labores orationis acme-
ditationis prorsus reddantur inepti. Quare
magna in his opus est discretione, in prin-
cipiis maximè, quando fervores & conso-
lationes sunt majores, experientia verò &
discretio minimæ. Sic enim singulæ sunt
ordinandæ dietæ, non in ipsius itineris me-
dio, cogamur subsistere. Sunt & alii contra
admodum tepidi & oscitantes, qui sub Um-
bra discretionis, corpori suo immodicè in-
dulgent, atque omnes labores & molestias
fugiunt, quia quibus omnibus generatim
valde pernitosum sit, speciation tamen in-
cipientibus. Nam uti S. Bern. ait, impos-
sibile est illum diu in vita spirituali perseve-
rare posse, qui in principiis discretus est, qui

ALCANTARA. DE
cum sit novitius se prudentem aestimat; &
cum sit juvenis, tanquam senex scipsum
regit.

Nec facile judicari potest, utrum horum
magis pericolosum, & nocivum sit, nisi
quod, ut S. Thomas de Kempis ait, in-
discretio sit incurabilius, cum corpore ad-
huc sano spes esse possit repiditatis meden-
dæ; at illo per indiscernitionem debilitato, ad
pristinum terrorum vix unquam possit re-
surgere.

ADMONITIO SEPTIMA,

EST & aliud hic per culm, p. a ccedenti.
his multò perniciotis. Eorum videli-
get qui cum re ipsa inestimabilem orationis
virtutem experti sunt, & usu ipso didicierint
totum spiritualis vita studiū inde de pen-
dere, sibi persuasum habent in illa omnia
esse, illamque solem ad salutem sufficere,
ita ut etiam cæteras virtutes negligant, &
hac ratione in reliquis semetiplos debili-
cent.

Ex quo fit ut cum cæteræ virtutes, sint
quasi fundamenta & formæ, quæ totum
spiritualis vita & discium sustinent, illis de-
ficiuntibus, tota simul structura concidat.

Quare

Quare quanto quis hanc solam virtutem ardentius persequitur, tanto minus inde utilitatis, & profectus haurit. Ac proinde servus DEI non debet oculos conjicere in unicas tantummodo virtutem, quantumvis illa singularis, & eximia sit, sed in omnes generaliter. Sicut enim una chorda in cithara melodianam non efficit, si cæteræ non pulsentur: ita una tantum virtus ad efficientiam consonantiam & harmoniam spiritualem non sufficit, nisi alia simul accedant, non aliter ac horologium quod si vel ab uno duntur alicujus rotulae dente retineatur, totum sistitur: idem sit in horologie spirituale, si et vel unica virtus desit.

ADMONITIO OCTAVA.

EA quæ haec tenus, ad devotionem adjuvandum dicta sunt, atcipi debent tanquam præparatoria, quibus nimis homino se ad divinam gratiam percipiendam possit disponere, atque in illis se viriliter exercere, ita tamen ut non in illis, sed in DEO fiduciam suam constitutam habeat, Quod idecirco moneo. quia sunt nonnulli, qui regulas has tanquam artem suscipiunt, existimantes, sicut is, qui opificio

aliquo dat operam, si regulas ejus exactè servet, brevi tempore in eo consummatus, & perfectus evadit: ita cum, qui hæc principia rectè in opus contulerit, brevi ad id, quod desiderat, pervenirum esse. Quod agendo non advertunt, quia hoc nihil aliud sit, quam gratiam in artem reducere, & præceptis artibusque humanis attribuere, quæ sunt pura Dei dona, atque ab illius immensa misericordia existunt.

Quare monita hæc arque documenta amplectenda sunt, non tanquam ab arte dependentia, sed tanquam instrumenta gratiarum, & ut is qui ea sic assumpsit, sciap principale medium ad scopum hunc consequendum, esse profundam humilitatem & propriæ misericordie ac vilitatis agnitionem, cum magna in Dei misericordiam confidencia. Ut ex utriusque notitia lachrymæ incessanter ab oculis ejus tanquam à duobus fontibus stillent, & orationes assidue. Et ut is qui in hoc statu ad portam humilitatis se præsentaverit, per illam, votorum suorum impletionem obtineat, & pro adeptis humiliter Deo gratias agat, nihil in laboribus suis, nec in ulla alia re confidens.

S.E.

SEXAGINTA SENTENTIÆ SPIRITU-
ALES VALDE NOTABILES.

1. Coronam in religione labor præcedit & pugna.
2. Tutus in religione vivit, non qui sibi sed qui Deo vivit.
3. Semper deficit religiosus, qui in suâ vocatione non semper proficit.
4. Religiosus, qui aliena curat, sibi suisque deest.
5. Deo servire non potest religiosus, qui sibi non dominatur.
6. Non, quamdiu in religione fueris, sed quam bene in ea vixeris, refert.
7. Furtum facit, qui sine fructu in religione vivit.
8. Quomodo morietur in Domino religiosus qui in vita pro Domino non laboravit?
9. Male utitur cella, qui in ea vel non agit cum Christo, vel non laborat pro Christo.
10. Nescit se amare religiosus, qui nimum sibi indulget.
11. Vult Deus servum suum cordatum, non delicatum.

12. Non Deo , sed sibi servit , qui in Dei servitio sua procurat commoda.
13. Væ , væ illi , qui inter bonos malus est,
14. Non est humilis religiosus , qui dedignatur , vel non optat sperti.
15. Non est pauper , qui paupertatis non sentit incommoda.
16. Non est castus , qui castitatis hostes non illico fugat.
17. Non est obediens , qui obediendo proprium sequitur judicium.
18. Religiosum ornat quidem scientia , sed virtus coronat.
19. Væ tibi , qui alios verbo instruis , & exemplo destruis.
20. Venenum religiosi , propria Voluntas.
21. Cum per urbem incedis , memento , te religiosum esse , non pictorem.
22. Væ Religioso , cui cordi magis est sanitas , quam sanctitas.
23. Servus Dei non vivit , ut comedat , sed comedit , ut vivat , & serviat Deo.
24. Servus Christi pro Dei amore non curat propria incommoda.
25. Religiosus negligens , lætitia dæmonis.
26. Religiosus curiosus , obliviousus sui.

27. Quò magis laboras pro Christo, eo plus debes Christo quia fructus tuus est.
28. Absit à Religioso vocem habere Jacob, & manus Esau.
29. Lingua religiosi, cordis, mentisque tuba.
30. Religiosorum exempla, mors & vita sacerdotum.
31. Quomodo eris lux mundi, si neque tibi luces?
32. Nescit lucrari Christum, qui nescit pati pro Christo.
33. Bonus Religiosus non minus charus est Deo infirmis, quam sanus.
34. Non erit clamor in Valetudinario, si parietaria fuerit in infirmo, & charitas in infirmitate.
35. Non Religiosè vivit, qui Venialia non curat.
36. Si venialia in saeculari displicant Deo, nunquid placebunt in Religioso?
37. Religiosum otiosum dæmon venatur, & capit.
38. Religiosus litigiosus, officialis dæmonis.
39. Non est familiaris Deo, qui non est amicus orationis.

40. Extra sacerdolum nondum est Religiosus,
quem affinium nimis solicitude tenet.
41. Veluti pila ludit Daemon Religioso vano.
42. Aliis prodesse, & sibi nocere, stultitia
est, non charitas.
43. Bonus Religiosus spernit mundum, &
gaudet se speni a mundo.
44. Servus Christi studet esse Sanctus, &
non cupit videri Sanctus.
45. Nihil Christo dedisti, si ei cor tuum ro-
tum non dedisti.
46. Religiosus fervens, flagellum dæmo-
num.
47. Religiosus iracundus, fulmen inferni
cuncta perturbans.
48. Religiosus mansuetus, decentia sta-
rus, & ornamentum Religionis.
49. Quid tibi præderit reliquissæculum,
nisi pœnitentiam in Religione egeris.
50. Servus Dei patienter tolerat, parcè lo-
quitur, & multum laborat pro Christo.
51. Religiosus indifferens, Religionis gem-
ma pretiosa.
52. Te reliquissæ mundum, bonum est, sed
agere, ut mundus jam relinquat te, me-
lius est.

53. Ille est verè Religiosus, qui verè dicit:
DEUS MEUS ET OMNIA.
54. Religiosus proprietarius plus amittit,
quam furatur.
55. Inquietè vives, si una in te regnet pas-
sio, etiam si reliquæ mortificatæ sint.
56. Non superiorum, sed se fallit subdi-
rus, qui pro nolle dicit, se non pot-
esse.
57. Qui suum superiorem non habet loco
Dei, nec Deus habebit eum loco filii.
58. Si in Religione inter bonos non es
bonus, quomodo in sæculo inter ma-
los bonus eris.
59. Qui in Religione pacem vult ha-
bere cum fratribus, nemini contradic-
cat.
60. Ingratus Religiosus ille est, qui pu-
rat, se plus contulisse religioni, quam
accepisse ab ea.

*Responsorium S. PETRI de ALCANTARA
pro quâcumque gratiâ petendâ.*

Domine Jesu Christe, cui S. Petrus adeò fi-
deliter in vitâ servivit, ut in tempore ira-
cuandæ fieret reconciliatio.

Exalt-

Exaudi propter eum preces nostras, & da nobis salutem animæ & corporis.

Qui famulæ tuæ Therefæ dixisti, te semper in Petri nomine petentes exauditurum.

Exaudi propter eum preces nostras, & da nobis Salutem animæ & corporis.

Gloria Patri & Filio & Spiritui Sancto.

Exaudi propter eum preces nostras, & da nobis salutem animæ & corporis.

V. Ora pro nobis beate PETRE

R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus.

Deus, qui beatum Petrum Confessorem tuum, admirabilis pœnitentiae & altissimæ contemplationis munere illustrare dignatus es, concede propitijs, ut ejus suffragantibus meritis carne mortificati, cœlestium donorum participes fieri mercamur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

INDEX PRÆCIPUORUM CAPITUM IN HOC LIBELLO CONTENTORUM.

D E fructibus orationis & meditationis.	fol. 33
De materia orationis.	f. 38
Meditationes Vespertinæ diei Lunæ.	f. 41
— — — diei Martis.	f. 49
— — — dici Mercurii	f. 56

diei Jovis	f. 63
diei Veneris	f. 69
diei Sabbati	f. 74
diei Dominicæ.	f. 81
De tempore & fructu harum meditationum.	f. 87
Septem meditationes in auctoritate De Dominicæ Passione, & quomodo eadem passio medi- tanda sit.	fol. 88
Meditatio diei Lunæ	f. 93
diei Martis.	f. 99
diei Mercurii	f. 106
diei Jovis	f. 114
diei Veneris	f. 122
diei Sabbati	f. 130
diei Dominicæ	f. 135
Defix ad orationem necessariis.	f. 142
De Præparatione	f. 145
De Læctione	f. 148
De Meditatione	f. 149
De Gratiarum actione	f. 151
De Oblatione	f. 154
De Petitione	f. 156
Oratio pia pro impetrando divino amore.	f. 160
Documenta quedam circa meditationem ob- servanda	f. 166
Documentum primum	f. 167
secundum	f. 168
tertium	f. 169
quartum	f. 170
quintum	f. 172
sextum	f. 173
septimum	f. 176
octavum	f. 177
	PARS

PARS SECUNDA.

D <small>e</small> Devotione.	f. 184
D <small>e</small> novem mediis adjuvantibus & pro- moventibus devotionem.	f. 189
D <small>e</small> nove in impedimentis devotionis.	f. 193
D <small>e</small> Tentationibus communioribus eorum qui orationi se dant, & corumque remediis.	f. 196
Primae temptationis remedia.	f. 197
Secundae temptationis remedia.	f. 200
Tertiæ temptationis remedia.	201
Quartæ temptationis remedia.	202
Quintæ temptationis remedia.	f. 204
Sextæ temptationis remedia.	f. 204
Septimæ temptationis remedia.	f. 206
Octavæ temptationis remedia.	f. 207
Nonæ temptationis remedia.	f. 208
Admonitiones aliae, orationis studijs necesa- riae.	f. 208
Admonitio prima.	f. 208
- - - secunda.	f. 214
- - - tertia.	f. 214
- - - quarta.	f. 215
- - - quinta.	f. 215
- - - sexta.	f. 216
- - - septima.	218
- - - octava.	f. 219
Sexaginta sententiæ spirituales valde nota- biles.	221
Responsorium S. Petri de Alcantara.	225

F I N I S.



A

S